

M

41.3.24.

M. Rom. Coll. Soc. Jesu cat. Inscr. ... card. Tolet 2

ENCHIRIDION

DIVINAE SCOLASTICAEQ; THAEOLOGIAE, IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM,

SPECULATIVAM ET PRACTICAM.

Ab admodum Reuerendo Pat. Frat. Angelo Delpas Prouinciali reformatorum Tarraconensis Pro. Ordinis S. Fran. reg. obser. æditum

Ad Deum. Op. Max. Fontem bonorum omnium perennem directum.

SUB PRAESIDIO ET FAVORE ILLUSTRISS. ac Reuerendiss D. D. Ferd. Medices S. Ro. Eccl. Diac. Card. Tit. S. Mariæ Nauicellæ ac totius ordinis S. Franc. Regul. obseruantiæ protectoris dignißimi.





De licentia superiorum, tam inquisitionis quam ordinis.

GENUAE, M.D.LXXXII.

D. OPT. M.

ET ILLVSTRISS. AC REVERENDIS. DO. D. FERDIN. MED. S. RO. ECCL. DIAC. CARD. Ti. S. Mariæ Nauicel. & Totius ord. min. reg obser. protect. dignis.



Anti cupiens satisfacere ab Optimo terque Maximo Deo acceptis, nihil in præsentia mihi occurrit cõmodius, quam in epilogum dispersa sacra dogmata, redigere, ut qui breui vita arctamur, in breui diuinæ sapientiæ, ac totius Theologiæ, quæ expetitur, notitiã comparare valeamus perlecto, ac penetrato isto enchiridiõ qd (Platonis hortamẽto) deo autori omniũ velut meliores primitias frugũ dicare, ac patrocinio vest. Illustris. Do. cõmittere statui Ut uno gratias repetã altissimo pro tãtis acceptis beneficijs, altero debitã seruitutẽ supremo ordinis nostri protect. ac inclito domino exoluã Hoc igitur quæso omnipotentissime accipe opus, illud, atq; autorẽ foueas sẽper in gloriã tuã. Tuq; Illustriss. Princeps, quo ordinẽ nostrũ, eiusdẽq; splendorẽ affectas, diligis, & deffendis, piaq; oĩa ecclesiastica monumẽta fouere soles, obsecro in Christi visceribus hoc minimũ donũ quãtitate, sed maximũ qualitate velis amplecti. Nã tanto principe fautũ. & digne accipi, diligentius perlegi, securiusq; diuulgari, quãto minus oblatrari spero. Et si forte (vt in alios quã diu in opus comẽtaria tardant diuulgari) oblatrator & susurro insurgat, Pennis alarũ altissimi protectus, sagittas paruulorũ plagas eorum reputabo, sub tam pio patre, protectore egregio, ac principe illustriss. constitutus, cui optimã, & oẽm expeto felicitatem, & me semper in seruum minimum habeat precor. Genuæ 9. Nouembr. M. D. L X X X I.

Vest. Do. Illustriss.

Seruus ac subditus

Frater Angelus Del pas

TOTIUS OPERIS PARTITIO

Pars Prima
de speculatiua Thæologia.

Primus liber de diuina natura
Secundus liber de omni creata natura.
Tertius liber de chrō increatam & creatam naturam in vna hy posthasi uerbi possidente.

Secunda pars.
De Morali & practica Thæologia.

Primus Liber de omni virtute in genere, omni homini ab exordio necessaria.
Secundus liber de omni virtute in speciæ fideli ac credenti necessaria semper.
Tertius Liber de omni christiana perfectione ac sacramentis Eccl.

Præfatio communis.

Librorum summam præfatio continet, & epilogus.

Præfationes librorum.

Singulorum librorum summam continent singulæ præfationes

Præfationes capitum.

Summam capitū indicant præfationes, seu aīaduersiones singulorū

Annotationes.

Materias tactas, & diffusissime commentatas indicant marginalia notamenta.

Iacula scripturæ.

An.mū excitant iacula scripturæ vt ad tractanda spiritus eleuet
Quæ omnia sequens indicabit index

Index breuis librorum & capitum totius enchiridion Theologiæ.

FINIS

AD LECTOREM ENARRATIO ac totius operis summa, & intentum.



TENIM passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, grandis vero, & regia aquila Iouis olimpi vlnam affectat vnice: Tum vt ad principiū vnde fluxerat, velut ad maria aquę, redeat: tū vt inditum multiplicem appetitū, velut ceruus in vbberrimo perenniq; fonte diuino recreet atq; satiet. Cui opē ferre cupientes thęologiæ candidati, & diuinę sapientię professores, Dei optimi maximi in mensa inenarrabiliq; pensata natura; omni qua possunt verbornm proprietate, grauitate sententiarum, oratione fœcunda, & subtili narratione, atque lectione diuturna, in deū omnium finem, dirigentem scientiam thęologicam, eidem tradere omni diligentia curarunt. Quorum laudare studia, atq; opera, satis hercle non possumus. tum quod vita ęterna digni (attestante oraculo) qui me elucidant, vitam æterna[illegible] habebūt: tum q̄ ad iustitiā multos, & nos erudire curarunt. Ac p[illegible]te rea quasi stelle lucentes inperpetuas æternitates sple[illegible] vnde, & Eclesia aurora illustratur continuo; doctores fa[illegible]atus, fęcundātur; principes Christiani regiminis, instruun[illegible] fidelisq; populus, stabilitur, in medijs fluctibus, hereticoru[illegible] pestatibus, & tenebris potestatum; vt merito lux mundi, pater Eclesię doctor gentium, & populi ductor dicatur quilibet, nam noctua mens attingere nequit, semota nubecula tegente proponuntur cognoscendas: & quę nisi fidei speculo nequeūt scrutari, suadentur ratione; & probabili argumento formatur ab eisdem: ita vt dicat fidelis (testāte Isaia) glutino bonum est quoniā confortauit eū clauis doctrinę, vt non moueretur sicut nec templi lamina hærentia clauo. Quid.n. aliud sunt sacri doctores quam claui in altum de fixi? vnde totius Eclesiæ ornatus dependet, & firmatur? Eoq; nunquā aparietibus tollendi, vt impleatur promissum, & porte inferi nō preualebunt ad versus eā? Nam nec magus aut Nero, viuēte Petro, & Paulo aliquid in eclesia potuerunt; sedēte Clemēte ac Cleto nihil, nocuit Galbę Seuitia aut Domatiani. nec Deo cletiaai crudelitas, Gaio salone regente eclesiā Christi, disperdere valuit.

Homo in solo Deo quiescit

Studium diligens thęologorum.

Enchomium theologorum

Doctores sēper durabunt in ecclesia.

Quid q̃ſo? Arrius prçualuit, Alexãdro, & Atthanaſio ſucceſſo re, Alexandriæ præſidentibus? Quid Iulianus apoſtata Ceſareç nocuit, Baſilio magno doctore? Manicheus perijt, Euthichius & Sabellius: Hieronimo, Auguſtino, Ambroſio, & Gregorio magno, gladio verbi dei prçliantibus. Alexandro Alenſi, Alberto magno, & angelicis eorundem diſcipulis, Thoma inquam & Bonauentura docentibus, ſciſma Grçcorũ ceſſauit. Deniq; fortiſſimis doctoribus, in lectuli Salomonis cu ſtodiã deputatis, per arma Iuſtitiæ & doctrinç a dextris & a ſi niſtris certantibus, vndiq; pellitur hçreſis, peccatorum fugantur tenebre, viuificantur tepidi, & in dies ſtatus eccleſiæ illuſtrior redditur; nec minus ipſi illuſtriores, radiãte in eos luminis claritate. Quinimio beati, deferentes lucernam accẽſã expectantes dominum, quando reuertatur à nuptijs; & interim vigilantes, quomodo credita ac de mandata valeant communicare çgentibus, & non panis, ſed verbi Dei patientibus famem, Quã ſicut hirundinum pullus clamore, gemitu inennarrabili, ſpiritus ſibi tolli omnino expoſtulat dicens: Abba Pater. Hũc. n. vocari, & dari ſufficit. Adquẽ acceſſum habemus, per gratiam, ducimur per eccleſiæ princepes, & dirigimur per ſacros doctores. Quibus ego, quas poſsũ gratias refero, & illorum ſtudium ſemper laudo, etiã ſtatui immitari, altiſſimo concedente. vt ſaltem nũmum, ſi fieri poſſet, in ædificium templi offerrẽ domino vero, & talentum creditum, non reſtituam ſi ne nouo profectu. Hçc me igitur cogitante, ab annis octodecim compluti auditor exiſtens, tantorum doctorum ac patrum veritates ſolidas, coaceruare in vnũ ſtatui. Quibus poſtmodũ thçologiç factus profeſſor, nouas ſemper adijeci, intẽdens animo quandoq; prodeſſe tyronibus, ſi ſapientioribus videretur, vnde poſtmodum, ad ſecundum thçologiç curſum deuentus, ſuaſuſq; a doctiſſimis viris, & a diſcipulis ſçpæ rogatus, thçologia placita, & acxiomata prima in textum redegi adhibitis comentarijs. Quæ & ſi multo iam extent tempore, quum mihi indigna conſpectu publico & communi iuditio viderentur, alijſq; grauioribus occuparer curis, in publicum hactenus non prodiere: Nec forſan vnquã typis mandaſſem, tanto benefitio indignum me iudicans, niſi prouidente Deo, caſu Romam inclitam aduentans, quorundam præces me ad id cogiſſent. Qui-

Doctores eccleſiæ illuſtrant illuſtrantur.

Induſtria & amicis typus hic debetur, & omnia doctiſſimo.

bus vtilitatem instituti nostri iam experta &diligēter conside-rata, summa bonitate Dei fretus, & lectorum omnium beni-gnitate confisus decreui assentiri, & in animi meritum commu ni vtilitati exponere Thęologicum Enchirridiō. Quod ī duas sectiones partimus. Prima speculabilia, Secunda moralia thę ologica continet. Illa quidem, rerum omnium contemplatur naturas. Hæc quæ cunctorum accomodantur moribus, & pra cticis tractat. sicq; prior, de naturali, seu speculatiua: posterior pars, de morali seu practica Thęologia, inscribi potest. At quū hominum mores, sicut & naturę rerum, ad tria genera reducā tur, ita & vtraq; partitio operis, tribus conflatur libris. Natu rarum enim, prima increata, origo fonsq; cæterarum perennis, cōsideratur: secunda creata, & tertia creato & increato in vna hyposthasi, absq; naturarū mixtione cōstante. Increatæ vero cōsideratio, primo comparatur libro. vbi quæ essentiæ, vno ca-pite; dein, quæ vnitati, & trinitati eiusdē cōueniant altero ca pite proponuntur. Sicq; primus liber (in opus totum præmissa textuali præfatione) duobus clauditur textibus, ordine serua-to naturæ; Quum entitas rei, eiusdē numerum aliquo semper præcedat. Secūdo libro, creatæ naturæ absoluitur speculatio, quinq; propositis textibus. Nāprimò, in genere creata dan-tur omnia, deinde in specie. Quorū aliqua spiritualia, alia cor-porea, alia contēplantur vtroq; constantia. Atq; hęc, vel in se, vel in primo parente, & librum secundum capitibus quinque absoluimus. Primum, de creatione & creatis in genere, Secun dum, de spirituali angelicaq; natura, Tertium de corporea, cœ lesti, & elementari, cum contentis in ipsis excepto homine. De quo in genere, Quartum sicut & quintum de primo parē te Adam dissereret. Tandē sectioni primæ, speculatiuæq; thęo-logiæ finis imponitur, tradita speculatione de Christo, increa-tā & creatā naturā, in vna verbi persona hypostatice retinēte. Propterea in illius cōsideratione primo de natura ipsa huma-na assumpta, Secundo eiusdē matre, & gestis Christi sub ip-sius cura existentis, & tertio de actis Christi in ætate virili in salutem omniū, & ornatū ecclesiæ sanctæ agitur per capita tria. ❡ Totidem moralis Thęologia amplectitur libros. Nàm morū quidam omnes, quidam fideles, & alij tantum christianos sem-per comprehenderunt. Bonum prosequi, malumq; vitare natu

cōmunis sola vtilitas quæritur.

Diuisio operis in duas sectiones.

Prima specu latiua.

2 mordis da tur thęolo-gia.

Tres sunt re rum naturæ & tres hom-nium mores.

Prima sectio nis mā & li-bri tres.

Primi libri mā Deus un-us & trinus. 2. cap.

2. lib. mā mul tiplicij nā cre ta. 5. cap.

3. lib. mā de Christi natu-ra, matre, & opere 3. cap.

2. sectionis partitio in li bros tres.

p. lib. mã de passion. habitu, virtute ac vitio lege & gratia. est.

ra est insitum omni homini, eoq; primo in lib. de passione & habitu, quibus tradatur vel mouetur affectus ab bonum, duo bus capitibus tractatur & consequenter duobus alijs de virtu te & opposito vitio disseritur vt illius opere bonũ prosequatur, huius vero scientia caueatur homo à malo. Verum vt in bono valeat confirmari, lex statuta huomini, & gratia vt ope rum finis proposita, qua fieri potest dexteritate, duobus vltimis textibus denudantur. Quibus & si fidelis illustretur

2. lib. mã, est de virtute in spetie, c. sequẽtibus illam.

ornetur oportet, etiam virtutibus in specie, thæologicis, mora libus. Secundo statuũ gradusq; perfectionem quam intendit consequi noscat; propterea secundus exponitur liber, per capi ta septem, de virtutibus septem disserens, & octauo de earundem adiumento, & gesta, prophetia, vita contemplatiua, actiuaq; & raptu. Demũq; nono cap. virtutum perfectissimus sta tus quibus fidelibus competat declaratur. Deniq; quid veris

3. lib. mã de sacra. in genere & spetie ac fine eorũdẽ, & nostro beatitudine inquam.

fidelibus, nobisq; christianis superaddatur, vltimo discutitur libro quo, tum, scripta in genere spetieq;, tum, eorundemq; & hominum ominiũ finis vltimus statuitur, illa capitibus octo, hæc tribus explicantur homini christiano, ò vtinam & ipse illustrari omnibus habitibus bonis studeat, aut finem optatum consequatur in fine. Amen.

PRAEFATIO IN PRIMAM OPERIS SECTIONEM Ad Lectorem.

Totius prim. sectionis pro positum.

OMnium rerum speculanda natura, hac prima operis sectione, proponitur curioso lectori; vt à natura sciendi insitum desiderium, quodammodo quietum experiens, appetitũ rationem sequens sectione secunda moraliq; theologiæ sataget exornare. Omnis namq; natura vel ad increatam, vel ad creatam, vel ad vtraq; cõstantem reducitur. Primo libro na

quid in primo libro.

tura ipsa diuina per se à se & ex se existens increata, in vna essentia, & in tribus subsistens personis explicatur. Secundo cre

quid in 2. lib.

ata natura spiritualis siue corporea, simplex, siue mixta, perfecta vel imperfecta contemplatur, creationis seruato debito or

quid in 3. lib.

dine. Tertio deniq; libro Christus humani generis autor, & consumator, proponitur. Qui naturam increatã secum à principio virtutis suæ, ab æterno possidens, creatam naturam, non

est

est dedignatus assumere, vt omnem in illa naturã, illustraret, totum hominem saluum faceret, comederet fructum pomorũ suorũ myrram & aromata meteret, totumq; candidum rubicundum, & desiderabilem, se præbens inter lilia lilium pasceretur, decantante virginum Choro, gloriosè magnificatus est, equũ & ascensorem deiecit, decẽ millibus superatis & vltra, quibus adiungere quæso verbis & factis eadem concinans.

PRAEFATIVNCVLA IN PROHAEMIVM; Ad Lectorem.

NOmen Dei sibi reuelari postulabat antiquitas, vt in illius lumine, superexcedens lumen attingeret, caligine oculorum pulsa, eiusdem radio illustrata. Hoc namq; est homini proprium sitire scientiam. propterea thæologiæ scientiam, proponere cupiens sapientiæ studioso, à nomine optato cępi præfationem. Vnde quæ Deo finiq; nostro approprientur, & quæ ad consequendum eundem requirantur, colliguntur summa totius operis explicata. In cuius prima parte Deus & illius duplex opus externum creatio rerum, & earundem mirabilis reparatio proponitur. In secunda in Deum accommoda media, gentili, Iudæo & Christiano exponuntur quibus vtinam adhæreas lector, vt fine optimo consequto sapiens videaris, & sis. Quia vani sunt sensus hominis in quibus non subest scientia Dei, præterquem non est alius, delectans & quietans omnia solus.

Nomen ei D cur optatũ.

Nomẽ in rei dirigit cognitionem.

Nomen theologia quid importet.

Theologus vtraq; theologica peritus vere sapiens est.

Prou. 14. 6. Sap. 13. a ps. 72. c.

Deus solus quies nostra. 1. Par. 17. c. Deut. 32. b

IN PRAEFATIONEM IN
1 ENCHIRIDION DIVINAE SAPIENTIAE
SCHOLASTICAEQ; DOCTRINAE.


ANIMADVERSIO.

*E Numerātur tria hoc in capite, primo quomodo hominis nobilitate et necessitate pē-
sata reuelari debuerit scientia thæologica, quæ de Deo nobis necessaria tractaret.
Secundo vt ad illam discendam incitemur, subiectum, finis, enchomium, dignitas & pro-
prietas eiusdem theologiæ obijciuntur contemplanda. tertio de modo & fine theolo-
giam comparandi agitur.*

Ad Lectorem. Pro. 1.

*Sapientia foris prædicat, & in plateis dat vocem suam, si quis est par-
uulus & ignorans veniat, ad Deum sapientiæ fontem.*

TEXTVS.



Vamuis multa possit mortalis 2. Ad ea tamen, *De nobilitate hominis eccl. 43. d.*
quæ immortalia, sēpiterna simplicissima, atq;
perfectissima sunt, non valet peruenire suffi-
cienter. Tùm quod diuinum esse participēt,
tùm quod à sensibus aliena sint. Quod cernēs
ab alto, totius naturæ parens, votisq; animi no-
32 stris cupiens satisfacere; præter illas, quas imbecillitas intel-
lectus humani facultates, ac scientias adinuenit, aliam (iuxta
Baruch) sententiam reuelauit, & tradidit sanctis eius, qua ve- *Baruch. 3. d.*
rum Deum cognoscere, amare, & eundem cun bonis omnibus,
omnis humana posteritas valeret assequi. 3. Hanc sapientes *De scitis theologicis.*
omnes, meritò thæologiam inscripserunt. Nam Deum vnum
& trinum, & quæ illi propria sunt, & appropriata declarat. *2. lib.*
Summā eiusdem, in creādo potentiā tàm super cęlestia, quàm *3. lib.*
subcœlestia manifestat. Incredibilem in creaturas omnes, vni-
uersum præsertim genus humanū amorem proponit. Quo at-
tractus, hanc luteam, de limoq; terræ plasmatam naturam, in
verbi vnitate assumpsit, assumptamq; ærumnosa vita, lamenta- *2. 5. librorū*
bili morte, sanguine fluente, medicamine salubri sanauit, & in

statum

De subiecto Thaologica statum meliorem restituit restitutamque in æternum coronat. 4. Hinc subiectum eius Deum esse colliges. 5. Practicam
De fine Thaologiæ. potius quam speculatiuam cognosces. 6. Dignam sapientiæ
Deenchomio Theologiæ. enchomio iudicabis. 7. Etiam & scientiæ, non tamen abso
De assumpto scientiæ nīe. lute, nec primo. 8. Alteri vero subalternam, nunquam aut
De subalternatione Thaeologiæ. difficile concedes. Hæc tamen opportunius in sequentibus
De dignitate Thaologiæ. contemplabimur. 9. Sufficiat nunc dignitatem thæologiæ
De comparāda Theolog. aduertisse, & ad quem nos dirigat finem aperuisse. Vt animus sciendi cupidus excitetur, inquirat, totoq; ex animo discat, vtilia, & necessaria ad diuinam thæologiam vitamq; beatam consequendam.

Ad Lectorem. Sap. 7. C.

Omnium artifex docuit me lumen sapientiæ, est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, multiplex, candor lucis æternæ, & speculum sine macula.

IN PRIMVM LIBRVM AD LECTOREM Præfatiuncula.

Deus vbiq; magnus & laudandus vbiq;. MAgnus dominus, in sua naturali incomprensibiliq; essentia; & verè laudabilis, in admirandis internis & externis operibus; non modo in ciuitate Dei cœlesti Hyerusalem, ab
Psal. 121. a illius ciuibus; sed & in monte & sancta matre ecclesia militan
Abach. 3. a te, ab omnibus quantum naturæ fragilitas patitur est semper
apoc. 19. a. laudandus; quæ vt præstes amantissime lector, ordine serua-
Dei nā, admi rat & inflāmat deificās. to naturæ. Primo quæ Dei cōcernunt essentiam, & naturam perfectissimam. Secundo quæ Dei consequuntur naturam & productionem proponuntur huius libri capitibus duobus: vt
Sap. 8 c. Isa. 60. b. illo mirari incipiens, hoc ad Deum traharis, & vtroq; Deifi-
Osee. 11. b. ceris, quasi ferrum in ignem æternū transformeris diuinitus.
Io. 6. e.
Cant. 2. c.
Io. 1.

IN CAPVT PRIMVM DE NATVRA Dei, & eiusdem perfectißimo esse.

ANIMADVERSIO.

Dei Optimi maximi intelligentia contemplatur primo; post, eiusdem consideratur uoluntas in hoc capite. Deum namq; esse intelligimus omnes. Id quod varijs tropis & nominibus, illo præsertim celebrato, Iehoua, declarare et elaborarunt prisci; nõ tamen ad veram illius deuenere cognitionem; quam de se ipso Deus idem sortitur se, & sua omnia cõprehendendo solus. Hoc nihilominuus posteris beneficium contulerunt antiqui, vt immensam Dei cognitionem varijs explicarent nominibus. Secundo quæ ad voluntatei eiusdem spectant traduntur, quomodo se & alia velit. Ex quibus multa Deo con enire nostri probant theologi.

Ad Lectorem. Gen. 7.

EGo sum dominus Deus tuus omnipotens ambula coram me sed esto perfectus, Et ponam fœdus meum gratiæ inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.

TEXTVS.

1 QVamuis Deum esse oraculis prophetarum, naturali lumine, & supernaturali, orthodoxa fide, ac omnium sapientum consensu edoceamur. 2. Ac per se notum apręhensis terminis à quibusdam affirmetur, 3. Quid tamen ipse sit ignoramus. 4 Quum immensus, æternus, infinitus, incircunscrptibilisq; credatur. 5. Cæterum tropis, multi illius immensitatem declarare elaborarunt, vnde Pan. Spheram mundi, cuius centrũ vbiq; est, omnia in omnibus, quidam, Deum esse dixerunt. 6. Alij nomine alicuius simplicis, vel mixti, animati vel inanimati eundem vocarunt 7. Inter omnia tamen nomina, quæ de Deo scripta reperiuntur, quæ Deũ ipsum declarant, illud maxime est, Iehoua; quod & scriptura, & hæbręcrũ antiquitas attestatur 8. Nam ipsum vnum & trinũ, primam causam, actum purum, à seq; habere esse & vitã, multaq; alia, nomẽ hoc, de deo amplectitur 9. Quæ licet mente illustrata, de Deo assequamur quodammodo: corporeo tamẽ occulo, videre ipsum non possumus. 10. Nec beati lumine gloriæ eleuati ipsum compręhendunt, quamuis cognoscant eundem. 11 Nec omnia, quæ in ipso sunt, sed successi

Quod Deus sit.
Quod per se cognoscatur. Deus;
Quid Deus sit.
Quod immensus sit Deus
De Dei tropo multiplici.
Hermes philosophus.
De alijs Dei tropis.
De Dei supremo nomine.
De intelligentia supremi nois Dei.
De cogni. de De. per se.
De cogni. de Deo per intellectum.

ue iuxta nutum suum considerare valent 12 Solus ipse est, qui se ipsũ cognoscit ac comprehendit 13. Et speculatur oĩa alia à se, 14 Infinita, necessaria, bona, mala, vniuersa, & singularia, 15. Contigentia atq; etiam non entia. 16. Non ergo cum commentatore mireris, aut in eiusdẽ errorem inpingas si Deum inferiorum scientiam, præsertim vnicam, certã, immutabilem habere audieris. 17. Quam sacri doctores nominibus varijs, scientiæ, sapiẽtiæ, visionis, præscientię, prouidentiæ, dispositionis, reprobationis, prædestinationis, & approbationis, declararunt. 18

Quumq; intellectũ voluntas, cognitionẽ vero electio, seu volũtatis determinatio sequat̃, Dei quoq; volũtatẽ p̃dicamus. 19 Qua, se. vt finẽ necessario, alia vero, ex hypothesi vult, atq; diligit. 20 Ita vt sicut intelligere, sic & velle Dei rerũ oũm cã existat. 21 Regulaq; earũdẽ cõsequẽter affirmet 22 Ac proinde nos nostraq; debemus conformare eidem. 23. Hincq; affirmare ducuntur theologi, plura diuinæ naturæ competere, potentiam infinitã, seu omnipotentiã; qua, & si præterita non præterijsse, nec semper aliquid melius possit, potest tamen semper operari. 24 Ideam, seu omnium rerũ exemplar. 25 Veritatem æternam & immutabilem, qua & ipse veritas, & cœteris (falsitate explosa) veritatem impartitur 26. Vitam per quam quibusdã viuere cõcedit 27. Misericordiam & iustitiam, quibus omne opus illustrat 28. Prouidentiam, cui subijciuntur omnia, omnibusq; prouidet illa, nulla necessitate imposita rebus 29. Prædestinationem, qua (reprobatis quibusdã) certo deputatos numero, in vitã æternam destinat, nulla etiam, nec electis, nec reprobis necessitate imposita: 30 Librum vitæ in quo omnium facta, velut scripto dicuntur contineri. 31 Ac deniq; omnem fœlicitatẽ, beatitudinemq; æternam, nemo discrepat Deum continere. Quinimo & eundem omnium essentialem beatitudinem esse, facile persuadent omnia.

De cognoscẽdis in Deo.
Quomõ Deus se cognoscat.
Quomõ Deus alia cog.
Quæ specialiter Deus cog.
De cõtingentium notitia.
De certa Dei sciẽtiã comẽt. 13. Mich.
De multiplici noiẽ sciẽ Dei.
De voluntate Dei.
Quomodo Deus se & alia velit.
Intellectus & voluntas Dei cã sunt rerũ
De p. regula contingentiũ.
Deo conformemur.
De potentia Dei.
De Ideis.
De veritate Dei.
De vita Dei.
De misericordia & iustitia Dei.
De prædestinatione Dei.
De libro vitæ
De fælic. Dei

Ad

IN CAP. SECVNDVM DE VNITATE ET Trinitate Dei.

ANIMADVERSIO.

Trinitatis mysterium, seu diuinarum personarum productio, & nomina speculantur ante omnia in hoc capite. Post quæ à duabus processionibus, intellectus & voluntatis, relationes, proprietates & notiones, & earundem identitas, destinctio, & origo speculantur. Tandem tertio quę ex omnibus altaměte consideratis, Deo optimo maximo attribui, & de eodem predicari posse colligimus.

Ad Lectorem Deut. 6. a.

Audi Israel & cognoscens, obserua, vt multipliceris sicut pollicitus est dominus, Audi Israel, dominus Deus noster, Deus vnus est.

TEXTVS.

1 DEus cuius perfectissimum esse, atq; naturā sumus hactenus prosequuti, cum vnitate diuinæ essentiæ 2 Personarum trinitatem, Patrem, filiū, & Spiritum Sanctum admittit, q̄ catholica, credit Eccl. scriprura sacra testatur, & illi non aduersatur rō n̄rlis. 3 Pater actu intellectus (qui ē ꝓducere, & dicere), ex memoria fœcunda, notitiaq; essentiæ (vt actu primo) filium suum generat. 4. Qui verbum, 5. Imago, & splendor vocatur 6. Pater & Filius, volūtate infinita, vt principium vnicum, Spiritum Sanctū spirant 7. Qui amor & donum dicitur. 8. Ab his duabus processionibus, secundum actū intellectus & voluntatis; 9. Relationes reales, re inter se ab essentia, ex natura rei, & formaliter distinctæ, sumuntur. 10 Illæq; traduntur quatuor, Paternitas, filiatio, spiratio, & processio passiua. 11. Quinq; etiam notiones, innascibilitas, paternitas, filiatio, Comunis spiratio, & processio, quibus quidam inspirabilitatem adiungūt. 12. Proprietates deniq; omnes, personis aptatę, ab illis fluunt. 13 Ita tamē, quod personales proprietates, personæ diuinæ, attributa, & modi intrinseci, idem re cum essentia sint. Ab eadem uero essentia

De vni. Dei
De Trin. Dei
De generatione filij.
De verb. Dei
De filij nom.
De product. spiritus Sācti
De spiritus Sācti nomin'.
De processionibus diuinis.
De relationibus diuinis
De nu. relat.
De notionibus
De proprietatibus diuinis.
De dist. diuin.

De identitate diuinorum. personales proprietates, personæ, & attributa formaliter; modi intrinseci, ex natura rei distinguntur 14. Personæ tamen *De dist. personæ inter se* diuinæ (à proprietatibus & relationibus indistinctæ) 15. Inter se per relationis originis, vel ut alij volunt, absolutis seipsis vel discernuntur. 16. Qua propter originis ordo, est plurimum in diuinis attendēdus. *De originibus & notionalibus actibus.* Tùm, quod actus notionales (con comitāter voluntarij & ex aliquo) Tùm, qđ potentia ad eosdē (propter originis ordinem) in diuinis consideretur personis 17. *De potētia ad notiona. actus* Vnde non immeritó nostri affirmant sapientes, potentiā ad actus hos, diuinam essentiam in recto (vt illorum principiū) relationem, in obliquo significare 18. *De attributis diuinis* Nec id obstat, quominus diuersa diuersimodè tàm essentiæ quàm personis, attribuātur, appropientur, atq; de eisdem dicantur 19. Nam substā *De prædicationibus in diuinis* tiua essentialia nomina, vt Deus, creator, in singulari; adiectiua, vt bonus æternus, immensus in plurali, de tribus dicūtur personis. Pro his tamen personis essentia, & essentialia concreta supponunt; nusquam tamen abstracta, pro persona, sicut nec adiectiua, tàm notionalia, quàm personalia, de essentia vnquam dicuntur, secus si substantiua 20. *De æqualitate diuinorum.* Nec eo æqualitas inter diuinas personas summa, tollenda, sed omnimoda vnitas, (ab indiuisa essentia orta) prædicanda est. Proprerquam, pater in filio, & filius in Patre (ordine semper tàm in processione, quàm in missione, visibili, & inuisibili seruato) dicūtur esse.

Lector. Psal. 72.

Quid enim mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus vnus in æternum. Propterea mihi adhærere Deo patri bonum est, & ponere in filio domino, sanctoq; spiritu Deo spem meam.

Finis Primi Libri.

LIBER SECVNDVS
DE PRIMA RERVM OMNIVM FABRICA

Præfatiuncula ad Lectorem, In totum librum.



Aciem Dei perfectè iuxta insitū desideriū cōtemplari nō vales, vt à laude eidem debita nō retraharis, ad illius speculanda posteriora cōuerte animū tuū, stās firmus super propositā petram, & cognitionem de altissimo traditā, vt gloriam Dei in omni fluxibili, & creatura trā seunte valeas inuenire; Qua in re vt tibi adiumēto essemus, in speculum breue (tuæ aptum naturæ) creata omnia in capita quinq; diuisa redegimus. Vt omnia ab omnipotente creata cōsiderans, creatorem semper velut in effectu causam scias adesse. Vidensq; secundo cœlestes spiritus autori subiectos, humilieris & tu virgula deserti, luteam domum habitans, & omnia tua, creatori & domino vnico, illi subiectes; Aduertens tertio corporea omnia, ordinationem & legem inditam à suo principio, seruare inuiolabilē incipias te à tua instabilitate retrahi; corpus, & opera tua ad petram firmam legemq; diuinam alligando. Et quarto vt ad te ipsum conuertendo cognitionem, prætium & thesaurum incomparabile in corporis agro intuens, ad alta commouearis agenda, & appetenda heroica. Cæternm casum tui primi parentis, & tuam in illo ruinā attractans semper cautus, prouidus, timidus & nunquā in te sed in autore sis confisus.

Firmus in Dei cognitione æterna penetrat facie.

In omnibus lucet Deus

Aliter atq; aliter enucleantur creata.

Ordinem inditum omnia seruant.

Conuertatur homo ad se.

anima hominis thesaurus beatus semper pauidus

IN PRIMVM CAPVT. DE CRATIONE IN genere.

ANIMADVERSIO.

Statuto in primis autorem omnium, omnia creasse in tempore; Secundo hoc in capite rerum crearum varietas, & multitudo, ab eodem & vnico Deo successiue forte iuxta litteram Moysi, fluxisse aperitur; Et tertio, que coæua primitusque producta credantur proponitur. Mali Dei autore impijssimo Manicheo reprobato.

Ad Lectorem. Deut. 32. f.

Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus in æternum: ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere:

TEXTVS.

Summa Dei bonitas fecit, vt essentiam suam Pater Filio, & vterq; Spiritui sancto, necessario communicarent. Hæc eadem, Trinitatē mouit; vt voluntarie, tot, tantaq; in lucem proderet, quæ bonitatem participarent altissimi; quem eo prædicant creaturæ oēs, & cōfitentur, efficiens primum, exēplar, & finem dicentes. Ille fecit nos, & non ipsi nos. 2. Quando aūt horū, & totius vniuersi cœperit fabrica, mitissimus Moyses in suo Genesos libro, factam in tempore deffinit inquiens. In principio creauit Deus cœlū, & terrā. 3. Et quæ intercludūtur oīa, distincta, in æqualia, bona, & mala quadam bonitate affecta. 4 Ita vt quibusdā similitudinē, quibusdā imaginē, & cæteris vestigiū Trinitatis impresserit. 5. Simul ne, an successiue, hęc produxerit Deus, non est certū. Quúm vtrūq; scriptura affirmet. Postremū tñ, probabilius creditur. Nichilominus recipitur quasi certum, fuisse ista coæua, cęlum empyreū, materiā primā, Angelū, atq; tempus. 6. Illaq; de nihilo iuxtà creationis naturam, ab optimo terq; maximo, vero & vnico Deo producta. 7. Habeant iā ergo Manichei, qui præter omnipotentem bonumq; Deum, alium corporū autorem, cōstituere non erubescūt contradicentibus creaturis omnibus.

De creationis ratione motiua.

De initio rerum.

De productorum modo

De triplici productorū genere.

De tempore creationis.

Quę fuerint simul coæua.

De creationis natura.

De vnico creaturarum autore.

Lector. Psal. 85.

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient, & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniā magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus.

IN CAPVT SECVNDVM.
De spirituali Angelica creata natura.

ANIMADVERSIO.

Quatuor Lectori aduertenda proponuntur in hoc capite. Primum naturalis angeli perfectio multiplex, & quantum ad illius naturam mire consideratam, & quantum ad eiusdem potentiam intellectum & voluntatem. Secundū super naturalis perfectio, ab initio Angelo omni communicata statuitur. Tertiū quomodo ab illa occiderit Angelus malus, quanta etiam incurrerit male declaratur. Quartū quàm differēter Angeli boni vsi fuerint recepta gratia. fuerintq; nobilissimo, & excellentissimo hierarchico ordine dotati, probatur satis.

Ad Lectorem. Psal. 67. b.

Currus Dei sedentis decem millibus multiplex decem millia Letantium, dominus in eis in Sinay in Sancto.

TEXTVS.

1 QVę, creata sunt, quum ad tria reducātur genera, spiritualia, inquā, & corporea, & vtroq; cōstātia, de spirituali, & angelica natura, quasi cœterarū principe in primis verba faciamus. 2. Angelus ex Damasceni sententia, est intellectualis substantia, libera. 3. Incorporea, immortalis, Deo similis. 4. Eideq; ministrās. 5. Cuius multitudo certo clauditur numero, certaq; & specifica à se inuicem & ab anima rationali discrepāt differētia. 6. Quam colliges facile, si eiusdem intime fueris contemplatus naturam. Cui inter alia hæc indita credimus, in loco non quantumuis paruo vel magno contineri diffinitiuè; simulq; in pluribus, diuina virtute existere; & in eodē loco, plures natura sua, per præsentiam operari. 7. Per media continuè, discontinuè, & in instanti moueri. 8. Cœlestibus globis, potentia præsidere; Eorundemq; motum exequutiua potentia causare: 9. Omnes vno æuo (quod cōcomitatur supræmi angeli existētiā) extrinsece mēsurari. 10. Et intimius illo;

De primatu & nobilitate Angeli. De natura Angeli. Damascen. in sua theol. De proprietate Angeli. De officio Angeli. De numero et dist. Angel. De continentia Angeli. De motu Angelorum. De præsidentia angelorū in cælis. De mensura Angelorum. De potentijs Angeli intimis.

illorum naturam rimando, fœlicissimo intellectu vtroq;, agen-
De cognitione Angeli.
te ac possibili; fœcundissima etiam voluntate, illustratâ ab au-
tore conspiciemus 11. Nàm illo, omnia, per quidditatũ spe-
Angel. quomodo Deum cognoscat.
cies æquales, infusas vel acquisitas; 12. Deum, per speciem
repræsentantem; 13. Se per suam essentiam, 14. Similes si-
bi Angelos per inditas species, 15. Materialia corporeauè per
Seipsum aliũ Angelũ corporea
acquisitas, & à rebus acceptas cognoscunt abstractiue, vt dici
solet 16 Mysteria vero gratiæ cum ex diuina pendeant vo-
luntate, naturaliter non possunt, nisi in verbo cognoscere.
Futura gratuita.
Nec illa quidã; beatifica visione 17. Naturali tñ cognitione,
Futura naturaliter
futura naturalia necessario; cõtingẽtia creaturarũ, certo ĩ suis
causis; quæ verò vt in pluribus, coniectura, valent contẽplari.
Futura contingentia.
Vt in paucioribus, pœnitus ignorãt 18. Minime vero, igno-
rãt cordiũ cogitatus, ã existẽtes; ni forte impediãť ab alto cui
Secreta cordium.
soli nudi sunt antequã sint. 19. Hinc cũ Aurelio August. co-
gnitiones duæ sunt in Angelo colligẽdæ. Priori, in verbo oĩa;
De duplici cognitione matutina & vespertina
posteriori, in proprio genere, & in speciebus rerũ, ipsas minus
clare speculatur. Ideoq; illam, matutinã; hanc, vespertinam,
solent nostri thæologi appellare. 20. Quarum & si vtraq;
De discursu.
perfecta, nulla discursum abhorret, quin vnum ex altero, in
Quod dæmõ in super naturalibus fal.
illis facile (non componendo nec diuidendo) colligatur sine
fallatia. 21. Quam sicut â bonis Angelis abigimus omnes, ita
dæmoni, fallatiam hanc in super naturalibus agnoscẽdis quan-
De volũtate Angelorũ
doq; damus 22. Atq; hæc de intellectiuo ornatu.
Iã quid voluntati eiusdẽ sit naturaliter à primo ente cõcessum
Quod voluntas Angeli sit libera.
videamus. 23. Volũtas in primis libera, ab essentia alia, mi-
nime in irascibilem & concupiscibilem distincta, in Angelis ad
Quid possit volũtas ang.
mittatur. Qua vt sub epilogo eiusdem voluntatis perfectio
nem reducamus, 24. Deum, se ipsum, alium Angelum,
De naturali beatitudine Angeli.
& quodcunq; ens bonum, absq; cõtradictione, naturali, & elec
tiua dilectione amare valet. 25. His, adeò Angelũ illustrauit
omnipotẽs, vt beatũ in naturalibus sacri doctores eundem prę
De gratia Angelorum
dicent 26. Quibus & super naturale adiecit gratiæ donum,
De casu Luciferi & cæterorum.
vt quem solidis naturæ fundamentis creauerat, præciosis, &
electis lapidibus ædificaret, ipsoq; volente fœlicibus cumula-
ret diuitijs, ac cœlesti gloria coronaret 27. Non tamen iu-
sto Dei iudicio, Lucifer, & eiusdem factio tota, dignus illam
retinere inuentus est. Quum abutens donis acceptis, æquali-

tatem

tatem Dei summe, sui amore appetierit miser, & grauissime deliquierit. 28. Peccato ne luxus, an tumoris superbiæq; certant inter se doctores. 29. Mihi vero certum est, scriptura testante, à gratia decedisse Angelos malos, & aliquam præcessisse morulam, illorum casum. 30. Qui tantus fuit, vt innumeri præcipitaretur. 31. Pœnis affligantur grauissimis, Dei mysteriorum noticia diminuta, fuerit & obdurata malitia cõtinuatur. 32. Dolore deniq;, priuati cœlesti gratia, affliguẽtur; quidam in caliginoso aere in bonorum exercitium, vsque ad extremum iudicij diem. 33. Alij cum suo tractore, signiferoq; lucifero, in infernali puteo, in quẽ diuina sententia sũt omnes in æternum mergendi. 34. Sed interim, qui nobiscum in hoc commorantur aere, hominibus inuident, ad peccata inducunt eosdem, non tamen vt eundem aggredi tentant, inter se colloquia, & conciliabula in nostri desolationem sæpissime celebrant. 35. Suo semper seruato ordine, sua retenta natura integra, ac nullo priori, peccato addito. Quod enim hominibus est mors, Angelis est casus (inquit Damascenus). An vero ad hæc exercenda, ascendant aliquãdo in imo depressi incertum est. 36. Hæc sunt, quæ abusu donorum contingerunt malis; quid vero bonis, bene receptis vtendo acciderit videamus. Boni itaque Angeli, cœlesti accepta gratia, toto corde, affectuq; intimo in Deũ conuersi sunt, Christum dominum, & Deum omnipotentem adorarunt. 37. Qui & glorioso lumine illo, circũfulsit, & ciues cælestes in perpetuum futuros ordinauit. 38. Ordo autem inter illos, hic à nostris creditur obseruari. Diuiduntur in tres hierarchias, quarum singula tres amplectitur ordines. Prima Seraphim, Cherubim & Thronos. Secunda, Dominatione, Principatus, & Potestates; Tertia, virtutes, Archangelos, & Angelos continet. 40. Præferuntur omnes hi malis, creaturæ corporeæ præsident, regna, ciuitates, publicas & priuatas personas contra insultos hostium illæsos seruando. 41. sibi ipsis reuerentiam debitam, & pacem secundum ordinis & gradus dignitatem præstant. Præsertim summo hyerarchico, Deo optimo maximo. 42. In deputatis officijs, demandatis reuelationibus, in procuranda hominium salute, sommopere iuser-

Qualis fuerit peccatũ lucif.
De spatio inter peccatum, & gratiam Angeli.
De multitudine Angelorum malorũ
De afflictione quorundã in aere
De inferno quibusdam da to, & dando omnibus
De odio dæmonũin boiẽs
De ordine & nrã dæmonũ, ac peccato continuo.
Damascen.
de bonis, usũ, gratia bonrũ angelorum.
De gloria Angelorum
De ord. Angelorũ & nominibus ac cõsequenter officijs
De dignitate & in alios dominio Angelorum.
De reuerẽtia Angdorum

De obediẽtia Angelorum

De adhęrentia cum Angelis procuranda. uire student. 43. Quorum sequi concilia, imitari monita, & vestiggijs adhęrere vtinam bonorum autore largiente valeamus. Amen.

Lector. Isa. 6.

Et eo clamabant alter ad alterum sanctus, sanctus, sanctus domminus Deus Sabbaoth plena est omnis terra gloria eius.

IN CAP. VT TERTIVM

De corporea natura.

ANIMADVERSIO.

Considerandi obijciuntur in pręsentia duo. Primum est totius naturę cęlestis corporeę speculatio, in vndecim celos diuisę. Secundum est consideratio elementorum quator, cum omnibus ab ipsis & in eisdem progenitis, excepto homine, & quę facile nequeunt indagari. Quorum cognitio adeo scripturarum interpreti, & oratori accurato necessaria est, vt vix illa neglecta nullum horum perficere valeat.

Ad Lectorem. Psal. 112, 2.

A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra?

TEXTVS.

De cœlesti natura. Corporea natura (plurimum ab spiritum distans) duplex ex materia eadem legitur ab autore creata, cœlestis vna, & elementaris altera. Prima describi in hunc modum Solet

De cœlorum proprietatibus. 2. Cœlestis natura est corpus natura simplex, nullis qualitatibus affectum. Ideoq; fertur essentia subtile, quantitate maximum, qualitate lucidum, diaphaneitate perspicuum, figura sphęricum, loco supremum, materia purissimum, omnes ambiens creaturas. 3. Hanc in cœlos vndecim, nostri partiuntur thæologi; 4. Empyreum cęlum, beatorum omnium, fœlicissimam sedem; 5. Primum mobile ab ortu ad occasum vsque, velocissimo cursu (alijs sequentibus contra naturalē, & pro-

De cęlorum diuisione. empyreum Mobile primum.

& proprium motum ab occasu adortum) tractum; 6. Cristallinum siue aqueum calidissima, & ignea moderans; 7. Firmamentum Syderibus omnibus micans; 8. Et septem planetarum orbes, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, ac Lunæ. Quorum quilibet suo erratico astro, miræ influendi virtutis illustratur.

9. Elementaris natura est corpus simplex, primis qualitatibus constans, & cæterorum materiale principium. 10. Tota elementis quatuor inpuris (supremo forsan excepto) conflatur; 11. Igne Lunæ concauo vicino; 12. Aere impressionum methcorologicarum adaptato loco; 13. Aqua pisciū fæcundissima matre fontium, fluminum atque stagnorum; 14. Ac denique terra viuentium tàm volucris quàm reptilis generis animantium optima nutrice; 15. Et fortile solo; non solum arborum, plantarum, & herbarum, verum & mineralium omnium, & lapidis preciosi multiplicis generis.

Christallinū. Firmamentū. Septem orbis planetarum. de elementari natura. De elementorum numero. De igne. De aere & genitis ibi. De aqua & mixtis eius. De terra & viuentibus. De eiusdem plantis mineralibus & lapidibus.

Lector. Apo. 4. d.

Dignus es domine Deus noster accipere gloriam & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.

IN CAPVT QVARTVM

De natura vtroq; constante, spiritu & corpore.

ANIMADVERSIO.

De homine tria se offerunt consideranda. Primo qui bus constet, corpore scilicet & anima. 2. Quid animę quadrent secundum triplicē illius potentiam, intellectum, memoriam & voluntatem. 3. Quomodo rationalis anima vegetantis & sentientis vna existens, officia, & operationes exerceat in humano corpore.

Ad Lectorem. Psal. 8.

Domine deus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quid est homo quod memor es eius, gloria & honore coronasti eum & constituisti eum super opera manuum tuarum.

TEXTVS.

PRoductis spirituali corporeaq; nā, ad vtroq; cōstātē se conuertit oīum artifex. Quā quū in se & in Adamo nri cōtē

De homine in se.

De principijs humani corporis. *De natura animæ hominis.* *De potentijs animæ.* *De intellect. offi. duplici.* *De cognitio. intellectus cō iuncti.* *De analogica cognitione intellectus.* *De separati intellectus cognitione & eius offitio.* *De varia obiecti intel. lectus conside ratione.* *De varijs intellectus attributis.*

plentur thæologi, de natura ipsa humana in se hoc præsenti capite tantum agemus, & sequenti de Adamo. Homo est rationalis naturæ, anima & corpore constans. 2. Hoc ex quatuor elementis, ad mediocritatem redactis conflatur. Conflatumque, postmodum, dissolutione ad eadem resoluitur. 3. Anima viuificatrix spiritus, & corporis forma vnica, incorporea, incorruptibilis, per se subsistens, specie ab Angelo differens, simul creata & infusa à solo Deo in humano corpore creditur. 4. Tres in ipsa considerantur potentię, solum ab eadē distinctæ formaliter. Intellectus, memoria & volūtas. 5. Intellectus, agendi & patiendi exercens offitia. 6 Mersus corpori, se & materialia omnia, phantasmate, sensiliq; specie media, speculatur. 7. Aquarum speculatione suaui, ad super naturalia quandoq; rapitur cognoscenda. 8. Quid vero semotus à corpore possit, facile colligemus, si cum de prima philosophia benemeritis, illius obiectum, Ens, in debita situm distantia, statuimus. 9. Hoc enim vario, multipliciq; existente, multiplicia potest, ac vario nomine quandoq; describitur intellectus idem. 10. Superior ratio & inferior, practicus, & speculatiuus: Synderesis, & conscientia, actus quum sint intellectus, eundem sæpe dominant.

De memoria.

11. Memoria thesaurus specierum, ab intellectu possibili, solo officio differens constituitur.

De voluntate nobilitate, & obiecto. *De volūtario et īuolūtario* *De causis inuoluntarij* *Voluntarium vnde.* *Qui sunt actus eliciti* *Qui actus imperati.*

12. Voluntas vltima rationalis animæ potentia est, sed nobilior; quod libera prædicetur, & appetibile omne, eiusdem obiectum proponatur. 13. Quod primo voluntario actu vel inuoluntario attingit. 14. Inuoluntarium actū faciunt, violentia, metus, ignorantia & concupiscentia 15. Voluntarium vero, actus eliciti, & imperati voluntatis eiusdem. 16. Inter actus elicitos recensentur ij voluntas, intentio, fruitio, electio, consensus, & vsus. 17. Inter imperatos, omnes illos hominis actus computamus, qui à voluntatis imperio emanant. 18. Quorum omnium bonitas vel malitia, ab obiecto & fine, nec non à circunstantijs pendet.

Malitia et bonitas actus vnde.

19. Præter hanc rationis cōpetent philosophi duas vegetātē, & sētiētē animas tradunt. Priorē plātis, posteriorē animalibus, & vtranq; etiam homini concedunt, non tamen a rationali distinctam. 20. Vna enim in humano corpore existens ratio-

tio-

tionalis anima, cæterarum exercet officia. Generationē nãq; augumentum, & nutrimentũ, ficut vegetatiua in corpore cau fati; etiam & attrahit, digerit, retinet, atq: expellit inutile. *Vegetans & sentientes oia vna sunt in homine.*
21. Si sensitiue quoq; animæ vires, atq; potentias proponas, easdem ab anima rationis compote, in homine fluere conspicies, quum illa recedente nihil in corpore sensus remanet. *Vna aia in hõie, omnium exercet actus Vegetantis vires.*
Quare, tàm quę vocantur internæ, sensus comunis, imaginatio, æstimatio seu phantasia, & memoria siue reminiscentia; quam quæ appellantur vires externæ, visus, auditus, tactus, olfactus, & gustus in vna hominis anima reperiuntur. *Sensilis aiæ vires. internę. externę.*

Lector. Psal. 63. b.

Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.

IN CAPVT QVINTVM.

De primi hominis natura.

ANIMADVERSIO.

In primo progenitore Adam, tria ex hoc cap. meditanda colliguntur. Primo Dona interna illi ab autore largita. Secundo Externa eidem superaddita. Tertio Quam miseriam, ingratus existens incurrerit tum tota posteritate humana.

Ad Lectorem. Ecc. 7. d.

Deus fecit hominem rectum, & ipse infinitis se miscuit quæstionibus quis cognouit solutionem verbi?

TEXTVS.

De natura Adæ.

B SEd iam in Adamo primo omnium nostrum parente, naturā eandem contemplemur. 2. Accipet hic quidem, corpus de limo terræ ad mirabili harmonia formatum. 3. Cui vitæ spiramen, animamq; rationalem, Deus ad imaginem suam infundit. 4. Quam, infusis speciebus quidditatum. 5. Innocentia, naturalia inter se & supremo rectore cõcordante. 6. Gratia, in vltimum dirigentem finem. 7. Ac omni deniq; virtute decorauit. 8. Adeo vt rectum illum, in animi viribus, & cor poris *De corpore Adę. De aia Adæ. De donis internis Adæ. sciētia infusa. Innocentia. gratia. omni virtute. De rectitudine Adæ.*

De externis donis Adæ poris passionibus ordinauerit rectissimus artifex, etiam & impassibilem exterius. 9. Quibus omnibus, non minora adijecit. 10. Nâm dominum terræ marisque, viuentium, ac cœli volatilium constituit. 11. Paradiso terresti delitijs omnibus fluente præfecit. 12. Euam ex eiusdem costa formatã, similem sibi associauit. 13. Vt liberos sibi similes, humano vsu procrearent. Procreatosque iam ratione vtentes, in sciẽtia erudirent, atque iustitia. Quam mandatis obsequendo diuinis, etiam & ipsi conseruassent. 14. Tandem immortalitatem vitamque fœlicissimam est pollicitus deus se illi daturum. 15. Dummodo ligni scientiæ boni & mali, in medio paradisi plantati fructum non gustaret. 16. Sed proh dolor, adeò ad hæsit vxori, & illius amore captus est. 17. Vt illam (iam diuino violato mandato seductione serpentis) sibique vetitum pomum offerentem; non sit ausus repellere. Ne (vt inquit Aurelius Aug.) illam contristaret. 18. Sicq; inobediẽs factus, inobediẽtiæ pœnã multiplicẽ, & sibi & posteris meruit suo peccato. 19. Non enim superbia Euæ, nec appetitus eiusdem, similitudinis Dei, tanta nobis causasset mala; nisi amor vxoris, arte ad luctum, ordinatus, in Adamo domi nascet. Hinc quidem erat præceptum impositum. Ac propterea grauius deliquisse Adamum Eua ipsa, nos miseri experimur.

De dominio in creaturas. De paradiso concesso De vxore Eua Degeneratione liberorum in statu recto. De mortalitate & falsitate Adæ De mandato Adę imposito. De causa peccati Adæ. De seductione Euę. De inobedientia Adę. De malis non Euæ sed Adæ peccato contractis De differentia & grauitate peccati vtriusque.

Lector. Zach. 9. 13.

Exulta satis, & Iubila. Ecce rex tuus venit tibi, iustus & Saluator quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines? secundus inquam Adam.

Finis secundi libri.

IN TERTIVM LIB. AD LECTOREM

Præfatiuncula.

SVrge illuminare Hyrusalem quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est, vt in tenebris luceat & inter tuos factus homo fulgens, veram sapientiam largiatur; viamque veritatis aperiat, non cæcis, non lippis occulis; sed ad propria anhelantibus, in propria venit. Venit assumpta nostra natura, illam nobilitans vndique in se ipso; vt iam ab infamia liberatus, cum fratre tuo Chisto Deo & homine lætari incipias. Venit ad mulierem matrem, eandem ad dignitatē eximiam eleuās; vt illius meritis, speres fore sublimis: Venit ad infima nostra, passione & mortem sustinens, vt & tu christiane lector, sub eodem labore & lapide clausus, opportuno & tempore suo in vitam æternam suscitatus, refulgeas gloriosus in dextera & optimis Dei, sedens.

Ad quid venerit Christ.

Nobilitatur in Christo natura nostra

Superxaltatur Maria in Christo.

Ad exēplar, & cōmodum nostrū omnia contemplātur in Christo

TERTIVS LIBER DE INEFFABILI INCARNATIONIS FILII Dei mysterio sacratissimo, in capita tria distributus.

IN CAPVT PRIMVM. De conditione assumptæ naturæ.

ANIMADVERSIO.

Quomodo non per alium, quàm per hominem Deum in hypostatica vnione verbi, assumpta natura humana singulari ab Adam orta, reparauerit Deus, hominem ipsum manifestatur in primis. 2. Quam perfectionem in anima assumpta natura habuerit, & quam imperfectionem in corpore gestauerit aperitur., Et 3. quę propter hanc vnionem, de Christo dicantur ostenditur.

Ad Lectorem. Cant. 1.

Osculetur me osculo oris sui, Meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis.

TEXTVS.

1 ET si summus humanæ salutis autor, potuerit per angelum, purumuè hominem sed gratum & acceptum, aut alio sibi noto modo; 2. Noluit nisi per verbũ in assumpta natura, genus humanum in plenitudine tẽporis reparare. 3. Quo sumè se communicaret altissim v· peccatum omne, præsertim originale è medio tolleret. 4. Illa autem communicatio vnio dicitur, in qua media in diuinis persona, singularem natutam humanam, propria, expolliatã persona; 5. A primo omnium parente trahentem originem, nõ in naturæ, sed hypothesis vnitate assumpsit. 6. Cuius carnem, quamuis anima media; & animam, mente media; vt q̃d nihil primo, Nec totũ medijs partibus, nec media gratia, sed Dei media volunrate gratuita, nullis præcedentibus meritis, totam naturam simul, corpus (inquam) & animam assumpsit. 7. Quam & si alia diuina persona, non modo vnam, sed

De redemptione possibili.

De redemptione per uerbum.

De caesa redemptionis per verbum.

De vnione verbi.

De origine naturæ assumptæ.

De medio vnionis.

Quod filius vniri deceret & plures naturas, potius tamen filium, sibi illam vnire decebat. *Quod sit summa vnio* 8. Ita vt resultans relatio extrinseca, vnio maxima, & perfectissima dicatur.

De perfectione assumptæ naturę. 9. Nam tanta est, intrinseca naturæ assumptæ perfectio; vt spe & fide, velut imperfectis relictis, omnibus virtutibus, Spiritus Sancti donis, gratijs gratis datis, Prophetia, & summa habituali gratia (quā vnionis gratiā natura præcedit) fuerit quasi vnigenita, præ cæteris exornata. *De gratia capitis.* 10 Etiam & gratia capitis, à qua (non velut antichristus, atq; diabolus malorum) sed velût primum, caput hominū & angelorū denominatur. *De scientia beatifica.* 11. Propter quod plenitudinem scientiæ accepit. Nam beatorum scientiam (à qua beatus & conpræhensor abinitio dictus) est in primis adeptus. Verbum, & in illo omnia, actu & potentia existentia, sine verbi eiusdem conpræhensione intuens ac perfectè contemplans. *De scientia infusa.* 12. Infusam quoq; scientiā rerum discursiuam, angelorum scientia excellentiorem accepit; qua nulla ad phantasmata facta conuersione, omnia non tamē singula nouit. *De scientia acquisita.* 13. Ad complemētum deniq; intellectiui ornatus, non angelis, alteriusuæ hominis, sed proprio & experimentali adiumento, prædictis, scientiam adijecit acquisitam. Qua, res in proprio genere cognoscens intuitiue, ab angelo excedi tur forsan Christus.

De potentia accepta. 14. Cuius animam deus perfectissimam, constituit super addita his potentia; qua non modo, quæ animæ congruebant, sed vt instrumentum verbi, miracula, & alia sibi placita poterat operari.

De assumpta imperfectione 15. Ne tamen tantis naturæ splendoribus, incolentes tenebras mundi huius carcarentur; eandem naturam, quibusdam perfectionibus, gratiæ & scientiæ non aduersis, voluit subijci, subiectamq; verbo æterno vniri.

De idiomatū communicatione. 16. Ex cuius vnione, tanta insurgit communicatio, vt quæ de filio hominis, de natura etiam diuina; & quæ de filio Dei, de natura quoq; dicētur humana; Sicq; homo est Deus, Deusq; hō, vere enūciatur: Nec nō & hæ, veræ prædicationes censētur. Deus factus est homo, homo factus est Deus: Christus ē homo, incepit esse, secundum quod homo est creatura, est Deus, est hypostasis, seu persona diuina, non tamen homo Dominicus dici valet.

17. Nam

17. Nam sicut nec personæ vnitas, ita nec communicatio, tollit quæ singulis quadrant naturis. Quo fit vt præter diuinam voluntatem, quoq; humanam, liberam; ratione, diuinæ conformem, sensu, quandoq; difformem in Christo collocamus. Ita vt voluntatum contrarietas, non colligatur in ipso, quùm secundum idem non differrent. *De voluntatum diuersitate.*

18. Præter quoq; existentiam, & operationem diuinæ essentię, etiam humanæ naturæ propriam existentiam statuimus in Christo, & operationem. Qua ex patris obedientia, sibi exaltationem, & nobis orando impartiuit plurima; Ita ut sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech (& si Abrahæ in lumbis decimatus) dictus fuerit. *De existēnijs, merito & sacerdotio Christi.*

19. Huic ergo tam eminenti, ac super excellenti omniū principi, in filium Dei adoptato, ac vere Dei filium appellato, quis maiori, quo poterit non reuerebitur honore? Certe latria adoratione omnes reueremur Christum. Nec illum modo, sed quæ illius censentur, eundemq; repræsentant; qualia fidelibus proponuntur, imago, crux, & eiusdem reliquiæ. Tum quod Christum hominem deum in his omnibus contēplemur, Tùm quod salutem, gloriam, ac æternam consequuturos requiem, ijsdem speremus. Afferte itaq; domino gloriam, & honorem, adorate dominum in atrio sancto & Christo eius, in sæcula sæculorum. Amen. *De honore et latria adoratione Christo exhibenda*

Lector. Cant. 2. b.

Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus transiliens, colles, similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum.

IN CAPVT SECVNDVM De Matre Christi.

ANIMADVERSIO.

Præsens caput tria pertaractat. Primo Mariæ dignitas à parentum nobilitate, & animi sanctitate omnimoda, cōmendatur. 2. In eiusdem vtero Christi hominis generatio, spiritu sancto & eadem matre agente (licet desponsata Ioseph) aperitur. 3. Quod disserritur est. Ortus Christi redemptoris nostri ab vtero Virginis inuiolato, & quæ ad illum sequuntur, scilicet manifestatio multiplex, fuga in Aegyptum & adoratio solita Christo vsque ad annum duodecimum, vna cum matre, & Ioseph.

Ad Lectorem. Psal. 84. d.

Etenim dominus dedit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

¶ TEXTVS.

De nobilitate Mariæ

HVmanitatis assumptæ perfectio hactenus explicata, & 1 genere, & gratij cæteris illustriorem expostulabat matrem. Quam eo antiquitas tradit, de stirpe Abrahæ, Dauid, & originis Labe mundam, ac vero gratiarum cumulo datam diuinitus. 2. Nam præseruata ab omni labe in cōceptu & à peccati fomite forsan libera, plenitudine gratiæ, non modo animam, sed & corpus (voto virginali emisso) statuit altissimo consecrare.

De sanctitate & virginitate Mariæ

De desponsatione Mariæ

3. Admirabili tamen Sacramento, desponsata fuit, hæc virgo Maria Ioseph. 4. Quo tempore, Gabriel Angelus, ad virginem mittitur à Deo, vt incarnationis mysterium in ipsa expleret. 5. Cuius licet actiuum principium tota reputetur Trinitas (quum incarnatio sit opus ad extra) & Spiritui Sancto iure accomodetur: Negandum non est, virginem, sicut & cæteras matres, & ad purissimos congregandos sanguines, & ad ipsam deniq; filij conceptionem, actiuè concurrisse. 6. Non tamen in tempore sicut matres reliquæ, sed in instanti, præuenta diuinitus, congregauit materiam, mundam; Vnde instanti eodem, formatum, animatum, & assumptū extitit corpus, ac genitus Christus.

De Annunciatione Mariæ.

De actiuo principio incarnationis

Quod in instanti conceperit Maria

7. Qui

7. Qui debitum in corpore augumentum (lege naturæ serua ta) suscipiens, & in anima simul merens omnia; 8. Loco & tẽ pore præscriptis, illæso virginitatis claustro, natus est de Ma ria matre. Ad quam filationẽ temporaria, sicut eterna refer-tur ad patrem. 9. Cuius & totius Trinitatis consilio profun dissimo, qui obscura nocte, & loco habebatur ignotus, per Angelos Iudæis, & per Stellam Magis, factus est illico manife stus. 10. Sed postmodum Circuncisione, & nomine acceptis, iuxta legis decretum, voluit se ipsum manifestare in templo. 11. Ad quod & purissima patens, expleto quadraginta dierũ numero accessit. Tùm vt legem parturientiũ cõpleret, cùm vt acceptam ab altissimo in redemptionem, omnium, gratiam spectãte populo offerret patri æterno. 12. Cuius voluntatẽ adimplere cupiens pia mater, propter Herodis tyrannidem duxit, & reduxit in Aegyptum filium suum, Nazaretq; Gali leæ ciuitatem habitauit. 13. Vnde statutis temporibus, Hye rusalem, dominum adoraturi in templo, ascendebant. Sed re deuntibus Nazaret, Maria & Ioseph; annis natus duodecim, remansit puer Iesus in Hierusalem. Quem minime inter co-gnatos & notos, sed in templo in doctorum cætu, audientem, & iterrogantem illos, repererũt. Ille vero ex pleto disputa tionis cursu, subditus parentibus, cum eis in ciuitatem Naza-ret est reuersus.

De augumento corporis, & animæ merito Christi intero.

De Ortu Christi.

De manifestatione Christi

De Circuncisione Christi

De purificatione virgin.

De fuga in Aegyptum

De adoratione in templo

Lector. Isa. 4. a.

Et erit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.

IN CAPVT TERTIVM

De actis Christi ab anno trigesimo, vsq; ad vitæ humanæ cursum absolutum.

ANIMADVERSIO.

Quàmuis multa hoc in cap. conculcentur, ad tria nihilominus reducuntur, ad Christi gesta, à baptismate Ioannis vsq; ad mortem eius, hoc est, pœnitentiam, prædicationem apostolorum & aliorum electionem. 2. Ad mortem eiusdem Christi, quomodo varijs traditus, grauissimè doluerit, & largissime meruerit sibi & reliquis. 3. Ad heroica acta per Christum triduo mortis absoluto reducuntur reliqua, resurrectionem, ascensionem, missionem spiritus Sancti, & curam Ecclesiæ, quam ante firmauerat, & donis immensis ditauerat.

Ad Lectorem. Isa. 45. d.

Pro Saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus, & erit dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

TEXTVS.

Quod anno trigesimo inceperit mirabilia Christus

MAgno equidem Sacramento; & summo Trinitas cōsilio factum est, vt cuius specimen sapientiæ, natus annis duodecim sapientibus Christus dederat, in annum vsq; trigessimū celaret orbi toto. Cui tāto admirationi ac stupori extitit, quāto inopinatè illius mirabilia opera, fieri visa sunt. 2. Adque Ioannis baptismate, deserti, ac solitudinis pœnitentia, superato hoste, accinxit se; 3. Fortiorq; dęmone factus, ad propria redijt, apostolos eligens, pœnitentiā prędicans, vitia arguens, regni cœlestis indicans viam, 4. Se deum, verbo & opere mirabili manifestans.

De Baptismo deserto & pœnitētia Chri.

De prędicatione Christi

5. Quibus expletis pater traddidit illum Iudeis, atq; hi Gentilibus; & prę amoris magnitudine se ipsum Christus morti voluit exponere, occurrens inimicis. 6. Qui multis iam in eū expletis flagitijs, vt concepto odio satisfacerent, & ignominosum redderent Christum, non mortem, non crucem tantum, sed in Caluariæ loco, inter maleficos suspendio tradiderunt.

De diuinitate Chbisti probata.

De morte Christi

Cuius quantus extiterit dolor, & verba & facta manifestant. Adeo vt non desint, qui dicant secundum vtranq; animi portio-

De acerbitate mortis Chri.

tionem dolorem sustenuisse. 7. Ac propterea, sicut grauissimum crucifigentium peccatum (dato quod non nouissent dominum) ita & Christi meritum, ad proprij corporis exaltationem, veniam dandam reis, æternamq; salutem dignis largiendam, ad redemptoris dignitatem consequendam, superabundans extitisse credendũ est; ex passione, & morte illius emanãs.
8. Mors autem Christi, & si à corpore animã separauerit, neutrum tamẽ à diuinitate. Vnde corpore eodẽ numero, per triduũ in sepulchro iacens; atq; anima sanctorum loca, limbum, infernaq; eodem tẽpore illustrante semper diuinitatẽ vnitam retinuit. 9. Virtute cuius die iam tertio inchoato, cicatricibus corpore adornato; Primus velut cęterorũ resurgentiũ causa & exẽplar, sepulchro inuiolato resurrexit, & resurrectionis veritatem per quadraginta dies, multis argumẽtis probauit. 10. His deniq; impletus virtute propria, sanctis comitatus patribus, cœlos chorosq; spirituum beatorum transcendens, ad patris dexteram potestate iudicãdi accepta, sedit Christus Deus & homo, gloriosus & dominus.
11 Qui stans promissis, nouã sponsam ante discessum cõpactã ecclesiã spiritu sancto fœcundauit. 12. Adeo vt illius vbertas, atq; fœcũditas pluribus egeat nominibus explicari. 13. Inter oĩa tñ potissimũ censetur nomen ecclesiæ. 14. Cuius vim, robur, atq; naturã declarare cupientes, ab illius diffinitione ordiamur oportet. Est aũt Ecclesia fidelium bonorũ & malorum in vnius Dei cultum conuocatio, 15. Vna, sancta, catholica, & apostolica. 16. Quam quum ab Abel trahi originẽ, & vsq; in sęculi finẽ protrahi credamus; 17. Quid mirũ si & in ætates diuidere, & in pulcherrima mẽbra illã distinguere sacri conẽtur doctores? 18. Pręsertim quum talẽ ac tantũ caput semper possederit Christũ dominum. 19. Qui & si ab initio (vti oportebat) decorare illam curauerit, suo tamẽ aduentu, perfectã totã, totãq; pulchram, non tantum sua illustri præsentia, verbo, lege, sacramentis, atq; ministris; verùm potentem firmamq; reddidit admiranda autoritate concessa.
20. Principibus tñ atq; summis illius pastoribus in optimũ gregis regimẽ ab eodẽ X p̃o collatã; supremo p̃sertim illorũ & vic. capiti Petro, quẽ superiorẽ cõstituens, cęteris, potestate plenaria decorauit. 21. Cui succedens Ro. Pont. in autoritate & di

gnita

De grauissimo crucifigẽtium peccato, & Christi superabundante merito.

De triduo mortis Chri.

De resurrectione Christi

De Ascensione Christi.

De descensu Spiritus sancti in totam ecclesiam.

De multiplici nomie eccl.

De nie eccle.

Quid sit ecclesia.

De dignitate ecclesiæ.

De ortu et si ne ecclesiæ.

De statibus et mẽbris eccle.

De capite ecclesiæ.

De Christi cura totius ecc.

De auctoritate ecclesiæ ministris cõcessa

De Ro. Pōt. Petri succesfore. gnitate suprema, 22. A Christo omniū principe immediate accepta, assimilatur. 23. Quo fit vt omnium iudex proclametur Pontifex Maximus, & pastor immediatus ouium Christi, 24. *A quo sit Ro. Pō auct.* In terris iudice carens nisi in hæresis crudelissima pe ste. 25. *Ro. Pōt. iudex omnium, immediatus* In quam & si vti mortalis incidere, vti pastor vigilans, adhibito sapientum concilio declinare non valet, sicut nec à fidei veritate diuiare, diuinitus autoritate accepta. 26. *De iudice Romano Pont.* Qua canonicam declarare scripturam, eiusdem legitimum proponere sensum, approbare religiones, sanctos canonizare, leges *De Ro. Pont. firmitate.* condere, ac tandem valet congregare concilium.

De Ro. Poot. actionibus 27. Est autem concilium congregatio maiorum prælatorum ecclesiæ, autorite Ro. Pontificis conuocata. 28. *De concilij generalis efficiente.* Ad aliquid communi intentione, cum solemnitate tractandum, in christiana religione, 29. Papa aut altero eius nomine præsidente. 30. Vnde & autoritatē dare concilio, & eidē superiorem esse Ro- *De concilio fine* manū Pōtificem constat. 31. Vtuntur autem in rebus diffiniendis Concilij patres, vno aut altero & quandoq; omnibus *De concilij presie.* decem argumentorum generibus, scriptura canonica, traditione apostolica, autoritate ecclesiæ, consilij, Ro. Pontificis, *De concilij auctoritate.* Sanctorum Patrum, Sscholasticorum, ratione naturali, philosophorum dictis & humana hystoria. *De concilij probationibus* Propterea his quiuis thæologus incumbat oportet, vt paratus sit semper de fide vera rationem reddere.

Lector. Can. 1. d.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.
Botrus Cypri dilectus meus michi in vineis engaddi.

Finis tertij libri ac partis Primæ Thæologiæ Speculatiuæ.

PRAE

SECVNDA PARS THAEOLOGIAE, QVAE moralis inscribitur in tres libros. Partita.

LIBER PRIMVS DE HABITIBVS VIRTVtum in genere.

Enarratio ad Lectorem, in totam sectionem Moralis. Thæologiæ.

NEc naturæ, nostræ, nec autori omniũ Deo satisfacimus, tantum exultationes & speculabilia in ore & mente gestãtes; nisi & gladios ancipites (more militũ) in manibus nostris portare operam dederimus. Vt tympanis, mala granata intexta, cum nostro vero sacerdote, ad sancta sanctorum, & gloriã sempiternam ingredi valeamus. Resonat itaq; tympanum intellectus tui speculatione diuinæ, creatæ, & vtroq; constante chr̃o, ardeat q̃so voluntas tua operibus declarata, vt sicut illo philosophi nomine, hoc studiosi & filij Dei encomio, illustreris & gaudeas. Ad sequentes ergo tres libros conuertere, eorundemq; diligenter reuolue materiam. Vt quibus intendere, quæ quùm studio operari, quæ caute vitare, & quibus denique ad optatum finem dirigi debeas, addiscere & exercere valeas quicunq; sis Gentilis, Iudeus, vel Christianus. Nàm & si à fide Gentilis sit alienus, nõ tamen à natura, quæ quum omnem, maximè scientiam virtutum in genere sui perfectionem appetit vehementer, quantumuis quoq; Iudęus abhominãs vera sacramenta, thæologas virtutes fidelem perficientẽ conatur addiscere suæ lægis præcepto. Si vero sit Christianus (solus inter alios iustus) virtutes in genere scire, & thęologas in speciæ exercere, sacramenta diuina amplecti, omnẽ deniq; implere iustitiam mandato altissimi & proposito præmio fęlicitatis æternæ ad omnia mandata implenda allicitur vehementer. Quæ oĩa in sequẽtibus lib. tractãtur diffusè. Primo nãq; instruitur mortalis homo, quomodo saggitis in nos militãtibus reiectis; hoc est, passionibus subiectis, & purgatis vitijs, imaginem animi nostri, veris & exquisitis gratiæ, & legis, coloribus debeat illustrare, vt si non aqua cecidit gratiæ, rectitudinem supernaturalem, saltem, quam naturæ status perfec-

Non sufficit eruditio mentis, sine voluntatis affectu & opere.

Finis moralis thæologię.

Omnes ad bonũ incitamur insita natura.

Primi libri obiectum & materia.

tionem expostulat cõsequatur. Quod si fidelẽ hũc esse contingat habet & in libro sequenti ,; quibus fidei professionem adornet, & compleat. Nam fidei status spe roboratur,& viuificatur amore; ipse vero fidelis in omnibus regulatur prudẽtia, ad alterum ordinatur iustitia , ad se ipsum in minimis temperãtia , in maximis fortitudine componitur vno , aut altero agendi, contemplandiue instituto seruato,ac statui accommoda perfectione obtenta, quæ omnia toto libro secundo traduntur, in ornatũ fidelis. Quẽ quũ illum,adepto gratiæ tempore chistianum esse oporteat,tertio & vltimo libro, christianis insignijs, illustrare curemus, septem expositis sacramentis; quibus Salamonis lectulus spiritualeq; dei viuificum templum liberatur defenditur, conseruatur, & ad optatum & vnicum finem dirigitur; sic quem homo, natura cæca desiderat ; fidelis vita debilitatus, palpando insequitur; christianus claris oculis,sacramẽtali virtute prosequatur & teneat dicens. Tenui eum & non dimittam , donec introducam eum in domum matris meæ & incubiculum genitricis meæ, in mansionemq; æternam ab origine mundi mundis omnibus præparatam. Tene ergo quod habes ne alius coronam tuam accipiat.

PRAEFATIO IN PRIMVM LIBRVM moralis Thæologiæ.

Ad Lectorem.

CORruptioni corpus obnoxium, à sua firmitate rectitudineque declinans, quasi ru-n- deprimere, sensum, & animũ grauare intentat, vt pijssimo Iob, filius superstes si fieri potest non concedatur, vtriusq; tamen autor, & illud reprimere, & hanc iuuare animam statuit, declarata malitia inimici, & fraude; atq; propositis animi militaribus armis; vt sicut primo declinare, sic secundo aggredi hostem discamus intrepide. Quę quasi initia & moralis thęologiæ elementa aduertens, primo libro statui explicare. Vbi corporis infecta passio, & ab illius incauto progressu vitium scaturiens declaratur, vt quę à natura pullulasse videntur in malum eiusdem, ab eadem natura si fieri potest medicina petatur vulnere declarato. Est semper natura quidem prouida, secum deferens aliquam medicinam, non tamen perfectam, donec arte periti conficiatur. Inclinat hominem nostra natura ad inordinatum, cæterum ordinatum fore lex insita cęlitus instigat, hominem tamen componere nequit, donec autore iuuetur & medico. Qui gratiam & legem largitur abundè, quibus fugatur malitia, ordinatur passio, & vitium omne abolетur. Quod quam verum sit sub pennis & cherubinis alis, applica manus ad opus, & disces experimẽto. Hoc enim moralis thæologia docet, manus applicare ad prælium, distillare myrrham amaram sed salubrem, & si fieri potest tornatiles fabricare, vt ad omne bonum declinare, & optimi Dei tornatilem sphericamq; naturam valeant imitari dicente eodem, sancti estote quia ego sanctus sum.

Corpus grauat hominem simil. figura.

Contra corpus homo armatur ęlitus

Materia tertius libri.

Lex duplex aduersa in homine.

Theologia moralis operibus addisci tur potius ad quę ordinat.

LIBER PRIMVS THAEOLOGIAE MORALIS

De hominis in communi perfectione morali.

IN CPAVT PRIMVM

De passionibus.

ANIMADVERSIO.

Passio ipsa tractatur in genere primo. 2. De passionibus concupiscibilis differitur, scilicet de amore & eiusdē opposito odio, de concupiscentia, delectatione, & opposita tristitia, causis & speciebus eorundem. 3. De passionibus irascibilis, de spe, timore, & eiusdem spepciebus, & audacia opposito eius & ira vltima irascibilis passione, & illius multiplici spetie.

Ad mortalem Cant. 3. a.

In lectulo meo per noctes quęsiui quem diligit anima mea, quesiui illum & non inueni.

TEXTVS.

1 CTVRI de morali thæologia. Primo quæ oībus, dein, quæ, fidelibus hominibus, tandem quæ christianis quadrant tractanda sunt. Moribus autem omnium conducunt, non modo habituum, sed & passionū; non modo virtutū, sed & vitiorum perfecta notitia, nec denique, sat est homini studioso gratiam possidere, nisi leges nouerit, quibus conseruatur, & perdita repetit. De his ergo omnibus ordinate, â passionibus sumpto exordio agemus. 2. Passio est quædā animi affectio in sensitiuo potius appetitu quàm in rationali sita. 3. Eoq; varia & multiplex iuxta concupiscibilis, & irascibilis vires ac appetitus sensitiui facultates, à quibus fluunt & resident in eisdem. 4. Omnium tamen censentur potissimę, gaudium, tristitia, spes & timor, tamq; hæ, quam reliquæ, bonæ vel malæ; & inter se contrarię, ira excepta. 5. Ad singulas tamen explicandas descendamus, à concupi-

De diuisione operis. *Quid sit passio & vbi* *De multitudine passionum.* *Quæ passionū potissimæ bonę, malæ, & contrariæ.* *De passionibus concupiscibilis.*

cupi-

cupiſcibilis paſſionibus, velut à primis ſermonem texendo.

De amore duplici prima paſſio. Concupiſcibilis paſſiones ſunt, quæ ad bonum, ſicut & concupiſcentia ipſa ordinantur.

6. Propterea prima omnium amor experitur. Eſt aũt Amor duplex, amicitiæ vnus, & cõcupiſcentiæ alter, quo aliquid volumus pp nos, ſicut priori propter ſe aliquid diligimus plus. 7. Parum à dilectione, charitate, & amicitia differt. Dilectio .n. ſupra amorem addit electionem, charitas perfectionem amoris importat, Amicitia horum omnium habitum completum dicit. 8. Cauſatur per ſe bono, cognitione, ſimilitudine; per accidens, poteſt & alijs cauſari. Cauſat vero & efficit illa in homine, vnionem, extaſim, inhæſionem, & zelum, & quęcunque amans agit. 9. Opponitur illi odium, malum vt obiectũ reſpiciens. Quo etſi aliqua deteſtemur, minime tamẽ nos, veritatemq; ipſam.

Differunt amor, dilectio charitas, amicitia.

Vnde cauſetur Amor queue idem cauſet

De oppoſito amoris, ſcilicet odio.

10. Secunda paſſio traditur concupiſcẽtia, boni abſentis affectio, quę quum ab amore ſit, ad delectationemue tẽdat, ab vtriſque differt. Huius duplex eſt ſpecies, vna naturalis, alia non naturalis, quæ infinita quandoq; reperitur.

De concupiſcentia paſſione.

11. Hanc ſequitur delectatio, quæ eſt boni adepti affectio (auctore Auguſtino) à gaudio differens, quum illud cauſet in homine tantum, & non in brutis. 12. Delectationum quidem, vna eſt naturalis, ſenſus vel rationis leges ſequens, alia non naturalis ex corruptione alicuius principij introducta. Atq; hãrũ vtraq; corporalis, vel ſpiritualis eſſe poteſt. Ex quibus ſpiritualis nobilior eſt, pluſquæ delectat; Et quæ ſe inuicẽ impediunt dicuntur contrariari 13. Cauſantur operatione, motu, ſpe, triſtitia rei dilectę; memoriam cauſant actione aliena, beneficẽtia, ſimilitudine, admiratione, nec nõ & memoria. 14. Efficit ipſa vero dilatationem, ſitim, deſiderium, operationẽ perfecit, quandoq; etiam corporalis rationis vſum tollit, nunquã tamen ſpiritualis. 15. Quo fit vt delectationum, quædam bonæ, quędam malę, & alię optimę contra Stoicorum placitũ tradantur. Nec mirum quum & delectatio ipſa in moralibus actionibus, boni vel mali regula colligatur.

De delectatione paſſione.

De duplici delectatione.

Quæ cauſent delectationẽ.

Que cauſentur delectatione.

Delectationũ triplex genus

16. Opponitur delectationi triſtitia, quæ eſt fuga mali imminẽtis interna, à dolore externa lęſione cauſato differẽs, & minus dolore appetibilis, quum interior afflictio exteriorem ſemper ſupe-

De oppoſito delectationis triſtitia.

superet. 17. Ideoq; Accidia, Anxietas, misericordia, & insidia species ordinantur tristitię. 18. Tamquā dolori, quàm tristitię sequentes assignantur causę, Concupiscentia malum cōiunctum, amor seu vnitatis appetitus, & potestas cui nunquā resisti potest. 19. Vterq; verò auferunt addiscendi facultatē, aggrauant animum, operationem debilitant, & plusquā passiones cęterę nocent corpori. 20. Mitigantur vero, delectatione, fletu, condolentibus, somno, & veritatis cōtēplatione. 21. Sunt nihilominus quādoq; tristitię bonæ, malę, honestę, ac etiā vtiles, dolor vero nunquā ... malum potest esse. 21 Hæc de concupiscibilis passionibus dicta sint, irascibilis passio ad bonum arduū, resistens aduerso & difficili, tractanda restat. 22. ac primo loco nobis occurrit spes, appetitus quidā in bonum arduū firmiter cōsequēdū. 23. Sicq; à desiderio & cupiditate differēs, quod hęc tantū sint dequocunq; bono futuro, etiā & desperatione contraria. 24. Reperitur spes in brutis, & hominibus, in ebriosis præsertim. 25. In quibus, experientia, amore, & desiderio boni causatur, ita vt ipsa operationem plurimum iuuet.

26. Timor sequentur spem, respiciens malum arduum cui difficile potest resisti, aut nusquā. 27. Huius species recēsentur sex, segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, & agonia. 28. Sed timoris causæ tradūtur, Amor, defectus, etiā & timoridem, solemus .n. timorem timere, sicut & repentina, illa prębsertim, quæ vitari nequeunt. 29. Opponitur huic audacia, itaut & spem sequatur, qui sunt (inquit Arist.) bonæ spei audaces sunt, qui in principio fortiores sunt, quam in fine, è contra fortes. Illius causa per accidens ponitur defectus. 30. Passionum postrema ita proponitur, quę generalis passio dicitur, cū cōcursu multarum passionum causetur, dicitur & specialis passio quum ipsa multas passiones causet. 31. Est namq; appetitus quidam vindictę, qui &, à multis passionibus fluere, & multas ipse passiones causare valet. Ac propterea nullā passionum contrariam experitur, sed obiectū ipsum in quod optat vindictam expleri. 32. Cuius proprium esse potest bonum vel malum, etiam & ira. Nihilominus vt plurimum concupiscentia, & odio nobilior creditur. 33. Et licet omnibus videatur propria, iustitiæ ac iudici proprior

De speciebus tristitię. *Causę doloris & tristitię* *De effectibus doloris & tristitię* *De remedijs contra tristitiam & dolorem.* *Multiplex tristitię genus.* *De passionibus irascibilis* *De spe prima passio.* *a quibus differat.* *in quibus sit.* *à quibus causatur.* *De 2. passione scilicet timore.* *De speciebus timoris* *De causis timoris* *De Audacia* *De Ira 3. passione.* *Quid sit ira.* *De obiecto Iræ & dignitate eiusdem.* *Ira cui propria.*

repu

Tres species iræ. reputatur, cuius est vindictam sumere ex officio. 34. Species irę tres numerãtur, fel, mania, & furor, 35. Eiusdem *Causæ iræ.* causæ hæ, facere aliquid contra iratum, paruipendere eundẽ, contumeliam facere irato, eiusdem voluntatem impedire, & excellentiam. 36. At causat ipsa, delectationem ex vindicta sumpta, feruorem in corde ad vindictã tendentẽ, taciturni *Quę causent iram.* tatem in lingua ratione imperante, ni forte illius iudicium furore nimio impediatur.

Mortalis Can. 3. b.

Paululum quum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea.

IN CAPVT SECVNDVM De habitibus.

ANIMADVERSIO.

Discutienda tria in præsenti capite proponuntur. Primum est habituum natura, & essentia. Secũdo est eorundem multiplicitas, à Natura scilicet per inquisitionem & diligentiã cuiusq; et à Deo per infusionem solam. Tertio est distinctio inter eosdem.

Ad Lectorem. tren. 3. d.

Bonum est viro quùm portauerit iugum ab adolescentia sua.
sedebit solitarius & tacebit quia leuauit se super se.

TEXTVS.

De habitibus.

QVum non passionibus solum, sed habitibus bonis perficiatur homo & reguletur; traditis passionibus vti exercen- *Habitus quid sit.* da materia, de habitibus simpliciter, postmodum de studiosis habitibus, hoc est virtute agemus. 2. Habitus est perfectio *Habitus quidam à natura* alicuius subiecti existentium potentia, vel ad formam, vel ad operationem, quo fit vt in intellectu & voluntate tantum collocentur. 3. Quidam dicuntur à natura in appræhensiuis potentijs tantum, quod ortum à natura habeant, sed complemen*Habitus quidam à Deo.* tum ex actibus frequentatis accipiunt. 4 Alij dicuntur infusi à Deo supernaturaliter, vt ad superna disponant infima nostra,

ſta, augentur omnes actibus intenſis, corrumpuntur & diminuuntur, ceſſantibus actibus. Diſtinguntur per principia actiua, ſcilicet per actus, generantes eoſdem; per obiecta, actuum quodammodo cauſæ, Per bonum & malum, ad quę diſponũt. *De diſtinctione habituum.*

7. Et deueniendo ad ſingula, humanus habitus à diuino & infuſo diſtinguitur; quod ille ad actum conuenientem naturæ inferiori, hic vero hæroicus habitus, ad actum ſuperiori quadrãtem naturæ diſponat. *De diſtinctione humani & diuini habitus*

Lector. Iſa. 9. a.

Lætabuntur coram te ſicut qui lętantur in meſſe iugum oneris eius, & virgam humeri eius & ſceptrum exactoris eius, ſuperaſti ſicut in die Madian.

IN CPAVT TERTIVM.
De habitu ſtudioſo virtute inquam.

ANIMADVERSIO.

Virtus ipſa penſatur primo hoc in capite videlicet quod ſit, quod illius ſubiectũ, quæ intellectus ſpeculatiui, quæ intellectus practici, quę moralis, & quę theologica virtus, quomodo virtutes omnes connectantur inter ſe, in medio conſiſtant, ſeq; inuicẽ ſuperent. Secundo quæ virtutis rationem habeant, aduertuntur dona, ſcilicet ſeptem Spiritus Sancti, beatitudines octo & fructus duodecim.

Ad Lectorem Cant. 4. a.

Fauus diſtilans labia tua, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorũ ſicut odor thuris, Hortus concluſus, fons ſignatus, Emiſſiones tuę paradiſus.

TEXTVS.

1 Virtus (Aug. ſententia) eſt bona qualitas mẽtis, qua rectẽ viuitur; nullus male vtitur; quam Deus in nobis, ſine nobis operatur; ſicq; dicendum non in apprehenſiuis potẽtijs ſenſitiuis 2. Sed in intellectu & voluntate, omnes, virtutes collocari. 3. Intellectus ſpeculatiui virtutes ſunt, ſapientia de altiſſimis, ſcientia de concluſionibus, Intellectus de primis principijs. Practici autem intellectus; ſequentes traduntur *De virtute quid ſit* *De ſubiecto virtutis.* *Virtutes intellectus ſpeculatiui* *Virtutes intellectus practici.*

esse virtutes, 4. Ars recta factibilium ratio; Prudentia agibilium norma, adiunctis eidem eubolia, bene cōsiliatiua, syness & gnomi, bene iudicatiua, secūdum communia & pecculiaria præcepta. 5. Intellectiui appetitus, hoc est voluntatis virtus est quam nos moralem, & cardinalem vocamus, quadruplicē à philosophis traditam. 6. Prudentiam (quatenus ipsa est habitus electiuus) iustitiam, temperantiam, & fortitudinem. 7. Quarum quælibet, & si cum tristitia propter operandi difficultatem, esse contingat, non tamen est passio, nec cum inordinata passione, quinimo circa plures, & contrarias passiones reperitur. 8. Plotinus (autore Macrobio) aliter virtutes diuidit scilicet in Politicas, Purgatorias, purgati animi, & exemplares, quibus non quomodocunq; homo studiosus, sed viuēs, diuinus efficitur. 9. Quod tamen philosophus ille ac cæteri difficile differebant, nos facile consequimur infusis simul tribus celebratis virtutibus fide, spe, & charitate. 10. Cum quibus infundantur ne morales disceptatur, 11. Et sint ne morales inter se connexæ? Nullam tamen sine prudentia sua esse posse, nec absq; charitate in finem supernaturalē dirigere certum est, 12. Etiam & in medio omnem virtutem consistere. Intellectuales atq; morales per se medium possident, Thæologicę per accidens ratione nostri, vt declinamus aduersa. 13. Inter intellectuales virtutes, sapientia præstat, sed his morales anteponuntur; atq; omnibus prædictis, Thæologicæ, quarū primatum obtinet charitas, ab illis tamen separatur nunquā, licet è contra de fide & spe contingat à charitate seiungi in patria. 14. His omnibus, homo totus perficitur.

Virtutes volunt atis · *Virtutes morales quatuor* · *Virtus est contra passiones.* · *Virtutes per fecti hominis* · *De tribus thæologię virtutibus infusis.* · *Virtutes morales infundūtur ne?* · *De connexione virtutum.* · *Virtutes omnes in medio* · *De pręeminē tia virtutum.*

quæ præter hæc, tradi solent, & scriptura probantur, vel sunt idem habitus virtutum, vel earundem opera. Nam septē spiritus sancti dona, intellectus, sapientia, scientia, consilium, fortitudo, pietas & timor; ad eadem disponunt, ad quæ virtutes, nisi quod hæ vt à ratione mouentur, illa vero vt à spiritu sancto, inter quæ idē dignitatis gradus, qui inter virtutes ordinatur. 15. Beatitudines octo paupertatis, mansuetudinis, luctus, iustitiæ sitis, misericordiæ, cordis mundiciæ, pacifici, & persequuti, non sunt habitus, sed actus quidam hæroici earundem virtutum. 16. [S]imiliter & fructus duodecim (in sua ad Galatas ab apostolo 5 textis) scilicet charitas, gaudium,

De donis septem spiritus sancti. · *De Beatitudinibus octo.*

pax,

pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas, nihil aliud sunt quàm virtutum opera, quod nomina ipsa satis declarãt. Qui ergo virtutibus adhęrebit sine dubio implebit omnia, & perfectum quem perscrutatur hominem adinueniet. *De duodecim fructibus spiritus*

Lector. Cant. 2. a.

Adiuro vos filiæ Hierusalem; per capreas, ceruosq; camporum, ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam quoad ipsa velit.

IN CPAVT QVARTV
De vitijs.

ANIMADVERSIO.

Tria diligẽter hoc in capite inquiruntr, Natura primo vitij & peccati, quid scilicet, sit, & quotuplex, vnde speciem sortiatur, quibus grauetur illius malitia. Traduntur secundo, causæ peccati internæ, intellectus, & voluntas quæ & subiecta, etiã & externæ. Primi parentes, & alterius peccatum. Tertio effectus peccati declarãtur miserrimi, pęna præsertim à peccato mortali, & veniali causata discutitur.

Cant. 5. a.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit, surrexi vt aperirẽ dilecto. At ille declinauerat.

TEXTVS.

1 QVoniam oppositis omnia cognoscuntur melius, & cognitis cautius præcauentur; virtute tradita, discurramus & vitiũ eidẽ aduersũ, & subiecto humano certè naturã repugnãs. *De vitio.*
2. Quod (ab Aurel. Aug) apprimè describitur. Est dictũ vel factũ, vel concupitum, cõtra legẽ Dei. 3. Peccatũ oẽ pri. vel ẽ *Quod sit vitium seu peccatum.*

Diuiditur peccatum. in deũ, proximũ, vel se ipsũ. Secũdo mortale vel veniale. Tertio Spirituale vel carnale. Quarto vel est cordis, oris, vel operis, &c. Quinto vel est omissionis, vel cõmissionis, 4. Quæ duo specie distingũt, velati affirmatio & negatio; Cætera vel superabundantia, seu defectu; auersione, vel conuersione; circũstantia & obiecto, specificantur & distinguntur, nunquam tamen à reatu & pœna speciem sumunt. Hæc .n. peccatis accidunt. 5. Grauantur ratione virtutis oppositę, causa peccati, spirituali obiecto, circumstantia, nocumento, delinquẽtis persona & lesæ. 6. Ex quibus constat, nec paria nec connexa esse peccata, & posse quandoq; ab vna in aliam speciem cõmutari. 7. In voluntate (immanentis transeuntisuè liberæ operationis principia) dicuntur subiectari, nec non & in ratione. 8. Quod culpa sua ignoret, sciendum necessario, quod male dictet, quod deniq; consentiat, & non cœrceat quùm possit. 9. Illorum causæ, externæ quædam, aliæ vero internę proponuntur, Internas facimus, quæ & subiecta, intellectum inquam & voluntatem, qui amore deordinetur indebito, quod se trahi, vinciq; passionibus (licet quãdoq; excusent) permittat, quod deniq; volens, ex certa scientia & malitia grauissimè ad prohibitum ruat, 11. Externę causæ, non Deus, quantumuis materiale rationem boni habẽs causet, Non demon, quantumuis offendicula opponat, sed alię assignantur, 12. Prima proponitur parens Adam, cuius peccato, (Christo natura, & Maria, priuilegio, exceptis) tota propagata humana generatio inficitur, infectaq;, peccato originali subiecta affirmatur. 13. Est autem peccatum originale, carentia iusticiæ originalis nobis inhærendæ. Vnũ specie in omnibus, existit; residens primo in Adam vt in causa, in semine & carne vt instrumento, in voluntate vt in subiecto, in vi generatiua & tacta carnis plus æquo vigens. Propterea lex membrorum, concupiscentia, & alijs ab effectu nominibus declaratur. 14. Est & alia exterior causa, peccatum scilicet aliud, quùm se mutuo quasi concatenate trahant, hæc pręsertim, quæ capitalia dicuntur, ad quæ cætera vt ad fines rediguntur. 15. His tamen nominibus ab omnibus describuntur superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira accidia, quorum aliqua ad prohibita, alia ad illicita pellunt, & omnia insimul infœlicem peccatorem ad tartara mergunt.

Peccata vnadem specie sortiantur.

Quibus grauetur peccatũ

Peccata nec paria nec connexa nec eadẽ semper

De peccati subiectis

Quomodo intellectus sit peccati subiectum

De causis peccati.

De causis internis peccati

De externis causis peccati quę non sint.

Causa prima peccati externa Adam

Peccatũ originale quid

De secunda causa peccati.

De septem capitalibus vitijs

gunt. 16. Quoniam doctorum consensu, & inuita experientia magistra, incommoda multa efficiunt in hominibus, vulnerant naturam, infirmā reddunt, ignorantem causant, malitia & cōcupiscentia circumuoluunt, ac deniq: (autore Aug) modo, specie, & ordine priuant. 17. Maculam in anima generāt, eandemq; reatu ligant. Est autem reatus rationis relatio, diuino intellectui obiecta, & voluntati, vt ordinata ad pœnam peccato correspondentem, æternam mortali, vel temporalem veniali debitam. 18. Ab his enim duobus mortali, vel veniali omne dijudicatur peccatum, propterea quomodo distinguantur scire oportet. Distinguuntur genere suo, ex obiecto, & fine, & ex parte agentis deliberati seu indeliberati. 19. Ita vt vnum, alterum fieri non possit. Mortale charitatis ignem extinguit, veniale tantum refrigerat, & feruorem retardat, Illud difficile, quasi æris scriptura, hoc facile quasi stipula consumit. 20. Quo & si primus parens in naturæ integræ statu, potuerit primo defficere, non tamen Angelus, nec quilibet nostrum, potest cum originali solo illo infici, quùm vsum rationis attingens conuersione debita ad Deū facta, peccatū originale (si nō aliunde potuerit) tollatur illi, aut eidem recento mortaliter peccet neglecta in Deum autorem omniu m conuersione.

De peccatis effectibus.

De macula et reatu peccati

Veniale & mortale quibus differunt

Mortale fieri non potest veniale, & de illorum remissione.

Si Adam veniali ter peccare potuerit primo.

Lector. Psal. 41. a. Cant. 5. c.

Fuerunt mihi lacrymæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus, Adiuro vos filiæ Hierusalem, nunciatis ei quia amore langueo.

IN CAPVT QVINTVM
De legibus.

ANIMADVERSIO.

Proposita legis essentia, & diuisione iuxta quatuor leges traditas quatuor in hoc capite tractantur. Primum legis æternæ natura, & eidem subiecta. Secundum legis naturalis definitio, eiusdemq; præcepta & principia. Tertium humanæ legis descriptio, iuris multiplicitas, & conditio. Quartum legis diuinæ declaratio, tàm veteris quàm nouæ, & præeminentiæ.

Ad Lectorem. Cant. 3. c.

En lectulum Salamonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusq; ensis super fœmur suum propter timores nocturnos.

TEXTVS.

De legibus PRospiciens omnia omnium artifex, serpētino adinuēto vitio duranteque peccato, legibus obuiare illi statuit ab intio; vt his faueret parentibus, pereuntibusq; opitularetur. Quare vitiorum nota & experta malitia, maligna legis contemplemur. *Quid sit lex.* 2. Lex est rationis ordinatio, & præceptio in commune bonum, ab eo, qui Reipublicæ curam gerit promulgata. *Quid actus legis.* 3. Cuius actus (referunt tres (imperare actus virtutū, vitia prohibere, & actus indifferenter permittere, legi omni communis. *Leges quatuor* 4. Sunt autem leges quatuor, æterna, naturalis, humana; & quam vocamus diuinam, Mosaicam & Christianam leges ambientem. *Quid sit lex ęterna.* 5. Lex æterna, est ratio Dei, qua cuncta gubernat, in suosq; fines, dirigit omnia. Quam tametsi nō in Deo, m̄ veritate, illius vestigium repreſentāte cognoscimus. *Quæ leges æternę subdantur.* 6. Subduntur huic omnia, tàm necessaria, quàm contingentia, licet non ęque. Vnde ab illa, leges cæteræ dicuntur fluere.

Lex naturalis quid. 7. Lex naturalis, est norma nostrarum actionum, mentibus nostris insculpta ab autore Deo, *Leg. naturæ pręcepta varia.* 8. Cuius præcepta, tanta sunt; quanta, quę natura sunt bona, ad quæ diuersimodè homines

mines ordinātur, & disponuntur. 9. Vna tamen est apud omnes, similiter & eisdem prima principia (practica à nostris dicta) eadem omnium cordibus inseruntur. *Lex naturæ vna in omnibus & eius principia*

10. Ex quibus pro rerum, gentium, & temporum varietate leges colligunt mortales. Quas ab inuentoribus, vocamus humanas. *Lex humana vnde* 11. Quibus diffinitionem, de lege in genere traditā, accommodamus in omnibus. *Quid lex humana* 12. Cæterum illam legum periti, in ius duplex diuidunt, gentium & ciuile. *Duplex sit* Illud faciunt quodcunq; morale, ratione ex practicis, & naturæ principijs collectum; Hoc ordinationem ciuium, de obseruando illato. *Multiplex legum diuisio.*

13. Quæ bonum commune respiciens, Primo diuiditur in leges officiorum, & ministeriorum; vt sacerdotum, militum, & Magistratuum.

Secundo vt à regente est, in Senatus consulta, prætorium, & plebiscita seu principium constitutionis; prout in Aristocratia Oligarchia, vel Democratia republica, vel regno ordinantur.

Et tertio vt ad aliquod particulare est diuiditur, vt in legem Iuliam de Adulterijs, Corneliam de ficcarijs, & similes. 14. *De condicionibus* Quarū condiciones, Isidorus apponit dicens. Lex humana sit iusta, honesta, possibilis, secundum naturam, patriæ consuetudinem, locis temporibusque conueniens, necessaria, vtilis, manifesta, Reipublicæ accommoda. Commune potius, secundum personas, negocia, & tempora; quam particulare bonum respiciens, vitia grauiora prohibens, actus virtutum quibus ordinamur in bonum præcipiens. 15. Lex ista possidens, *De vi legis* nulli dubium est, quin obliget in conscientia. An verò, ad pœnam temporalem obliget, ante iudicis sententiam incertum est quidem. 16. Illi tamen, & verbis eiusdem standum semper; *De obedientia legis & Epicheia eiusdem* nisi aliud grauius occurrerit, Reipublicæ accomodum magis. Quo dato, Epicheia, hoc est interpretatione vtendum necessario; nullo vero modo dispensatione, nisi forte legis latori, aut multitudinis rectori, causa iusta ad esse videretur, idque prudenter,

17. His etsi satis homini, prouisum fuisset; Homo tñ illis præ- *De lege diuina.* ruditate & torpedine animi, sufficiētia nequibat inquirere. Quare decuit, aliam nobis reuelari legē ab alto; quam ab autore diuinam vocamus. *Lex diuina quid & quot tuplex* 18. Est autem lex diuina, ordinatio

Dei,

Lex vetus à quo & cui est data. Dei, homini reuelata, ad salutem eiusdem. Illam diuidimus in veterem, & nouam, seu in scriptã, & gratiæ legẽ. 19. Legem veterem, Angelorum ministerio dedit Deus Moysi, & Hebręorum soli populo; in tria præceptorũ genera partita moralia, ceremonialia, & iudicialia, terrenis promissis ad illorum obseruantiam alliciens.

De moral. precep. *De præceptis primæ tabulæ* 20. Moralia, practica naturæ legis principia declarabãt; decẽ præcepta dicta decalogi, ex illis deducẽs Deus. 21. Qui in duabus tabulis scribens illa, quæ ad Deum ipsum in prima, Non habere Deos alienos, non iurare, sabbatum colere. 22. Quæ vero ad proximũ ordinant, in secunda tabula digito suo scripsit, parentes venerari, non occidere, nõ mæchari, non furtum facere, falsum testimonium non proferre, vxorem alterius non concupiscere, nec alterius appetere bona. 23. Ex quibus, affirmatiua ad semper, sed non per semper: negatiua ad semper obligãt. Septem secundæ tabulę præcepta dispensari posse videtur a quibusdam, non tamen tria in prima tabula descripta. Si quæ vero moralia alia reperiantur, ad hæc omnia reducuntur.

De præceptis secundæ tabulę *De affirmatiuis & negatiuis pręceptis.*

de ceremonialibus præceptis. 24. Cæremonialia, ad exteemum cultum tribuendum omnipotenti ordinata, in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruãtias, diuidebantur. Quorum litteralis significatio erat Dei cultũ; mystica Christum, & gratiam. quam ex se non conferebant figurare. Ideoq; sole Christo illustrante mundum præsentia, suaq; gratia, quasi vmbræ euanuerunt.

De iudicialibus preceptis 25. Iudicialia quæ hominem conuictum, reddebant pacificũ; *De varijs preceptis iudicialibus.* 26. Quædam de institutione & principum officio, eisdemq; exhibenda reuerentia; alia de contractu conciuium, emptionibus venditionibus, iudicijs & pœnis infligendis transgressoribus; Alia de commertio, cum extraneis, vt pote de gerendis bellis, de suscipiendis peregrinis, & hospitandis aduenis dabunt. Alia deniq; continebant pręcepta, quæ domesticum institutum cum vxoribus, seruis, filijs, ac tota priuata familia bene componerent.

De lege noua 27. Atq; his tota illa, veterum celebrata lex claudebatur Quam quasi sol luciferum, lux tenebras, granum paleas, lex noua splendidior, perfectior, iocundior, suauior & firmior illa est consequuta. 28. Quoniam nihil aliud est lex noua quã

gratia

gratia spiritus sancti humanis cordibus, nostrisq; visceribus insculpta, 29. Qua propter solam iustificare, & in salutē omni credenti esse testatur doctor gentium Paulus. Omnia namq; in illius præceptis contenta, ad salutem, vitamq; æternam consequendam hominem ordinant. Quid enim septem sacraměta? quid ministrorum institutio facta à Christo? quid ab eodem suasa concilia, & mandata præcepta? aliud predicāt, aliud docent, aliudue conferunt, quàm in sæculo presenti gratiam, & in futuro gloriam sempiternam? Quam certo obseruantibus conferet naturę redemptor.

Quid lex noua.

a noua so a iustificat.

Lector. Cant. 2. b.

En dilectus loquitur mihi, surge, propera, columba mea & veni, hyems transijt. Flores apparuerunt, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos, vineæ florentes dederunt odorem suum.

IN CAPVT SEXTVM
De Gratia.

ANIMADVERSIO.

Declarata natura gratię. Primo, eiusdem traditur diuisio, in gratiam gratis datā, & gratiā gratū facientē, & vtriusq; mēbris finis, & qualitas explicatur. Secundo gratiæ gratum facientis duplex effectus statuitur, iustificatio impij, & meritum in vitam eternam.

Ad Lectorem. Cant. 4. c.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es oculi tui columbarum, capilli sicut greges caprarum, dentes sicut greges tonsarum, sicut vitta coccinea, labia tua, sicut, fragmen mali punici, genę tuę; sicut turris Dauid, collum tuum, duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemilli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies & inclinentur vmbrę.

TEXTVS.

1 QVem compositæ passiones ornant, studiosi habitus disponunt ad optima, exculsisq; vitijs, leges sacratæ ad perfectionem pellunt, gratia vltimate, & tantum perfici, admittunt

De gratia

Quid sit gratia. omnes. Sicut ergo priora tractauimus, vt libro finem demus, gratiam tractandam proponamus. 2. Est autem gratia donũ

Quotuplex gratia. ab alio concessum. 3. Diuiditur in gratiam gratis datam & gratiam gratum facientem. 4. Prima quum in bonum com

Quid sit gratia gratis data. mune detur, diffiniri potest cum Paulo, est manifestatio spiritus ad vtilitatem. 5. Quum vero spiritus cogitatione, verbo, & opere manifestetur, multiplex gratia gratis data consti

gratia gratis data multiplex. tuitur. Quædam cogitationem perficiunt, veluti fides, sapientia, scientia, sermo. Aliæ pronuntiationem adaptant auditori, velut genera linguarum, interpretatio sermonum. Aliæ demq; prædicationem omnem factis confirmant, velut gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia & discretio spirituum.

Quid sit gratia gratum faciens. 6. Secunda deffinitur, gratia gratum faciens, est bona qualitas mentis, gratum faciens habentem, & opus eius bonum reddens. 7. Indistincta à charitate, radix omnium virtutũ,

Propria gratiæ gratum facientis. donorum & beatitudinum. Adeo vt illa destituti, nec diligere Deum super omnia (ni forte in statu naturæ integræ) nec legis mandata, quo ad modum seruare, nec à peccato resur

De modo habendi gratiã. gere, nec diu illud vitare, nec tandem illa neglecta optatũ gloriæ triumphum consequi valemus. 8. Qum tanti ergo sit præcij & comparatur, & conseruatur peculiari auxilio Dei. 9. Qui primo operatur velle, nostram mentem & animum mouendo; Post cooperatur eidem voluntati, ac libero arbi-

De duplici gratia operante & cooperãte. trio nostro, vt gratiam disposita accipiat, & possideat anima. 10. Propterea hanc diuidere solent nostri, in gratiam operantem, & cooperantem.

Primus effectus gratiæ iustificatio impij. 11. Cuius effectus mirabilis, est iustificatio impij. 12. Ad quam hæc prænotãtur requiri, Motus liberi arbitrij in peccatum, motus fidei, remissio peccatorum, & ante omnia gratiæ infusio. 13. Hæc enim in genere causæ efficientis (quum ab

Quid præcedat in iustificatione. illa reliqua pendeant) præcedit, licet in genere causæ materialis postponatur cæteris. 14. Simul tamen esse creduntur & in instanti iustificationem fieri. 15. An vero potentia Dei

Possit quis sine gratia iustificari, & sine fide gratiam habere. absoluta possit quis sine gratia iustificari, vel sine fide gratiã aliquis priuatus omni fidelium notitia recipere, sollicitos reddit quosdam & varios. 16. Hunc effectum sequitur alius ex

opta-

optatus vita æterna, non tamen ſine ſummo labore ac periculo illam conſequimur.
17. Quod ſi verum eſt in domino gloriemur & in dilecto filio Christo ſperemus. Qui ſolus hanc gratiam ſibi, & alijs de condigno meruit. 18. Nos, vero illa illuſtrati tantum de condigno nobis augumentum; cæteris de congruo primam gratiam, etiam & temporalia bona poſſumus mereri. Quibus omnibus, quam compoſitus ornatus, inſtructus, atque perfectus omnis homo volens reddatur ex dictis omnes eſtote iudices.

Secundus effectus gratiæ eſt vita æterna.

Solus Chriſtus de condigno meretur primã gratiã

Nos de condigno augumentum gratiæ tãtum meremur nobis.

Lector. Pſal. 44. c.

Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaureto, omnis gloria eius, filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietate.

Finis primi libri ſecundæ ſectionis.



SECTIONIS SECVNDAE MORALIS THAEOLOGIAE.

Liber Secundus.

DE HOMNIS FIDELIS OPTIMO ſplendore & vnico exoptando in vita pręſenti ſtatu.

PRAEFATIVNCVLA Ad Lectorem.

Virtus vera charitatis ſplendore illuſtratur à nobis nihil poſſumus

A Deo habilitamur ad ardua, & omnia bona.

Ad quid theologia virtus

Ad quid virtus moralis

Finis vtrumq; virtutum adquem.



Vrenulas aureas vermiculatas argento, virtuteſq; veras, vero illuſtratas ſplendore, hoc libro ſequenti ſtudioſæ lector curauimus tradere. Vt qui tuorum doctrina, non vales incedere, Dei optimi maximi certiſſimis oraculis, infuſis virtutibus, altiſſima monſtrata perfectione, progredi ad alta nitaris. Donum enim habes fidei, quo menti pandentur miſteria, ſpes tibi conceditur, qua cœleſtibus firmetur animus. Charitas tuæ infunditur voluntati, vt transformetur in Deũ. Superadduntur & his, morales virtutes, quibus operationes omnes in Deum & proximum valeas moderari. Eſt tibi prudentia in lucernam conceſſa, iuſticia in cingulum tuorum lumborum, fortitudo in ſcutum & gladium. Tẽperantia in normam & regulam politicę vitæ; Vt tantarũ varietate ornatus, delitijs affluens, & bonis tuo ſtatui conſonis abundans, gradum perfectionis optatum conſequi fœliciter valeas, & tuo placere vnico reparatori, Deoq; vero.

Ad fidelem Oſeæ. 2. d.

Et dicam nonpopulomeo, populus meus eſt tu, & ipſe dicet Deus meus es tu.

IN CAPVT PRIMVM De fide.

ANIMADVERSIO.

Fidei consideratio præsens, duo amplectitur; illius naturã, dignitatem, obiectum, & firmitatẽ. Secundo eiusdem duos proponit actus, internũ scilicet credere cũ illius credibili multiplici, & præcepto, & externum alium; scilicet confiteri ore cum eiusdem affirmatiuo præcepto, & vtrorũq; opposito infidelitate varia. Ex quibus, hæresis peior, & pestilentior iudicatur. Consequenter tertio quæ fidei respondeant, & infidelitati aduersentur traduntur.

TEXTVS.

De septem virtutibus

MOralis proposita tractanda thæologia ad Deum dirigens omnia, & hominem ordinans ad quietem, â natura intentam; non modo hominem in genere, nec operanda in vniuersum, cõtemplatur; verum quæ aliquando fidelibus omnibus, dein, quæ in specie christianis competant docet. Quare traditis his, quibus homo omnis poterat instrui; Nunc quæ fideli competant homini, proponamus. Cuius scopus, quum, sit obiecto fidei, Deoq; optimo maximo firmiter adhærere, in singulari non modo septem celebratas virtutes animum excolentes, sed & perfectiones quę fidelem statum decorant, firmiorẽ fœcundioremq; reddunt fidelem, noscẽ oportet. Qua propter non tantum septem virtutes, primis capitibus septem; sed duobus sequentibus quæ vniuersum fidelium senatum cõcerunt ac principes illius, proponemus tractanda, & imitanda. 1

Fides prima vna & infusa virtus.

2. Prima itaq; virtutũ, homini fideli necessaria, fides est: A qua & nomen & dignitatem sortitur, cum basis sit cæterarũ potissima, vnaq; ex infusis maxima virtus, quam Paulus in hũc modum deffinit. 3. Fides est substantia sperandarum rerũ, argumentum non apparentium. 4. Vnde Deum omnem veritatem non apparentem, continentem, summè à natura speratum, & Dei dono creditum collocamus fidei obiectum. Cui (quum falsum subesse non possit) 6. Ab eo reuelatis, nobisq; per ecclesiam propositis, in Symbolô articulorũ duodecim, vel alibi, 7. Interius infuso habitu fidei firmiter adheremus. 8. Fide .n. acquisita licet credere, prædicata & auribus proposita;

Quid sit fides

Deus fidei obiectum

Deo non subest falsum.

Ecclesia proponitur credenda etiã extra 12. articulos.

sita; non tñ firmiter illis inhærere valemus carentes infusa. 9. Quę quum scientia simul, de eodē credibili stare nequit, quùm actui eius, & fidei naturæ repugnet.

10. Duo nāq; sunt fidei actus, interior vnus, & exterior alter; vt quod ad iustitiam corde credimus, ad salutem confiteamur vno ore cum Paulo. Interior actus dicitur credere, qui est cum assensu cogitare. Quo eodem actu, Deo, Deū, & in Deum credimus, & in eiusdē propria, tām naturali lumine nota, quàm quę supernaturali lumine reuelatione egent.

13. Vnde quę explicitè proponuntur ab ęcclesia fidelibus, explicite ab omnibus credantur oportet, velut articuli fidei. 14 Quę vero ex ijs deducuntur, quæue in sacra cōtinentur scriptura sufficit implicitè credere. 15. exceptis semper maioribus. Qui quū alios instruere debeant, sacris & diuinis plus intendere debent. 16. Si de primis fidelibus ante Christū, & ignorantibus euangelium sit sermo, duo ab illis credi explicitè oportebat. Deum inquam esse, & remuneratorem esse. 17. Excepto item hebæro populo, cuius explicita fides, ad alia per Moysem & synagogam tradita se extendebat. 18. Præsertim procerum, quibus trinitatis, & incarnationis futurum mysterium explicite credere oportebat, fide semper infusa. 19. Quam non in angelis, ante prēmium; nec in primo Adā, ante lapsū; sed in dæmonibus & dānatis hoībus, extare negamus, 20. Hunc internū sequitur exterior fidei actus, quem cōfessionem fidei appellamus. Cuius præceptum affirmatiuū, quū sit, non pro semper, sed semper opportuno loco & tempore occurrentibus, omnes fideles obligat.

Opponitur fidei infidelitas, qua dissentitur à creditis, maximum peccatum. Præsertim si positiua sit; Negatiua enim, potius pœna peccati censetur. 22. Illius species tres connumerantur, Paganorum, Iudeorum, & Hæreticorum; Quorū nullus, si fieri potest, est ad regimen assumendus, ad disputationem vocandus plebe prēsēte, nec ad cōuictum admittēdus. 23. sed ad fidē potius cōpellendi essent, vt saltē eorundē posteritas à cruciatu æterno liberaretur. 24. Pestilentior oībus, & nris fidelibus incōmodior, sēper ē credita hæresis. 25. Omissis ergo alijs, virū hęresis aperiamus. Hęresis ē enunciatio falsa, ita fidei

Fide infusa firmamur
Fide acquisita tantum credimus
Fides cū sciētia esse non potest.
Fidei actus duo
Ro. 10.
Primus actus fidei credere
Credere debentur omnia de Deo.
Credendi sūt articuli explicitè.
Implicitè à populo creditur aliqua ex scriptura.
Maiores quid credant
Fideles primi quid crediderint.
Hębreus populus quid credebat.
Maiores Iudeorum quid credebant
Angeli & Adam quid credebant
De secundo actu fidei scilicet confessione.

Hæreticus cō uincendus vel condemnandus. dei catholicæ repugnās, vt cum illa ſtare nequeat. 26. Cuius fautorem pertinacem, quem hęreticum nominamus, ſicut & hereſim ipſam, multis teſtimonijs conuincere, & ſtatutis condemnare nititur ſancta mater eccleſia; ſicut & pœnitentem, rettarctantemq; hęreſim veluti gallina pullum, fouere enititur.

De Apoſtaſia. 27. Duæ his etiam infidelitatis ſpecies ſolent adiungi, ſed improprie, Apoſtaſia vna, & blaſphemia fertur altera. Apoſtaſia eſt receſſus vel à fide, vel ab obedientia, vel à religione.

De Blaſphemia 28.. Blasphemia eſt vel corde, vel ore effectu, præcedente, Deo vel ſanctis, quæ non conueniunt, aut repugnant tribuere. *Peccata in ſpiritum ſanctum irremiſſibilia.* 29. Quæ ſi in Spiritū Sanctum eſt, irremiſſibilis dicitur; ſicut & deſperatio, præſumptio, impęnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitę, & inuidia gratię fraternæ, quæ peccata in ſpiritum ſanctū dicuntur irremiſſibilia. Quod his potiſſimum peccans à ſe pellat ſpiritum ſanctum, remiſſionis autorem. *Dona fidei cō trariain fideli* 30 Infidelitati omni contrariantur dona intellectus & ſcientiæ, ſicut & eadem cum munditia cordis, correſpondent fidei.

Fidelis. Sap. 10. b.

Et dixi Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.

IN

IN CAPVT SECVNDVM De Spe.

ANIMADVERSIO.

Ad spei essentiam requisita, scilicet quid sit, quod eiusdem obiectum, & subiectum, ante omnia in hoc capite traduntur. Secundo timoris donum, spei respondens declaratur, eiusdem multiplicitate proposita, & beatitudo alludens his declaratur. Tertio pręsumptio, & desperatio, aduersa dictis, statuuntur, & prohibentur; sicut priora pręcipiuntur.

Ad sperantem Hier. 31. c.

Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo.

TEXTVS.

SPES, est secunda thæologica virtus; qua firmiter, à Deo fœlicitatem consequi speramus. 2. Nec tantum nobis, sed & alijs tribuendam, sperare possumus. 3. Vnde illius obiectum, esse Deum ipsum, nostram æternam beatitudinē, dubitare non possumus. 4. Et similiter in voluntate collocari, quum sit appetitus quidam ad Deum bonumq; æternum, medians inter fidem, & charitatem.

Spes quid — *Cui speramus* — *obiectum spei* — *Subiectū spei*

5. Respōdet spei, donū timoris: qui in filialē, initialē, seruilem & mundanum partitur. 6. Filialis semper bonus cuius etiā rationem aliquam participant, initialis & seruilis, non tamen mundanus & humanus, nec eo bonus. 7. Filialis timor initium est sapientiæ, & propriam doni rationem retinet. 8. Quumq; à charitate ortum habeat, ipsa crescente crescit, & manet in patria, charitate manente. 9. Qua accensus qui uis, soli Deo vacare intendit; propter quod paupertas spiritus, timori vero & charitati consonat. 10. Opponuntur spei, desperatio, & præsumptio. 11. Illa ex accidia, & luxuria. Hæc ex inani gloria, ortum habet. 12. Hæc, graue peccatum; sed illa, maximum creditur. 13. Sunt quidem omnes,

Respōdet spei timoris donū — *Timor filialis bonus.* — *Timor filialis est donum* — *Timor filialis charitati aptatur.* — *Timori respondent paupertas spiritus.* — *Spei quæ op-*

tã hęc quã illa contra spei præcepta: in lege veteri data per modum promissionis, in noua per modum admonitionis & pcepti;

Sperans. Psal. 30. a.

Domine spes mea à iuuentute mea, in te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ tu es protector meus.

CAPVT TERTIVM De Charitate.

ANIMADVERSIO.

De charitate ipsa, primo disseritur quid sit, à quo, ad quid, quomodo augeatur, quisue ordo in illa seruetur. Secundo effectus charitatis manifestantur, scilicet g. udium, pax, misericordia, interni, & externi effectus, beneficentia, eleemosyna omnis spiritualis & corporalis, potissimum fraterna correctio. Tandem tertio duo charitatis præcepta, & quæ illis accommodari solent, explicantur.

Ad dilectnms nu. 15. a.

Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

TEXTVS.

De charitate Quid sit charitas ORiginis seruato ordine, charitas tantopere celebrata, virtus, vna, specialis, & maxima venit tractanda. 2. Cuius hæc colligitur descriptio, Charitas est specialis amicitia ho- *A quo sit & in qua* minis ad Deum, in communicatione beatitudinis fundata. 3. Infunditur à solo Deo, voluntati hominis. 4. Vt illum perfi- *Ad quid sit charitas.* ciat; omniq; virtute adornet; non est enim sine charitate virtus aliqua, sicut nec sine anima corpus. 5. Ex quibus infertur: *Charitas à gratia non distinguitur.* à gratia superius proposita non distingui, quũ eadem efficiant vtraq; & vtraq; perfecta.

Charitas quo modo augetur & deficiat. 6. Nihilominus augetur per actum feruentem, non tamen in infinitum; Diminuitur venialibus, destruiturq; vno mortali. 7. Propterea quod maior & minor esse potest; in gradus tres, incipientium, proficientium, & perfectorum distinguitur; 8. *De medijs ad charitatis au[...]* Secundum studia diuersa, ad quę per charitatis augmentum

homo

homo ducitur, 9. Diligendo Deū, & quę ab ipso rationem bo- *gaudium.*
ni & dilectionis participiāt. 10. A summo .n. bono, charitatis *De obiecto charitatis*
primo obiecto, ratio dilectionis sumitur, ad reliqua diligenda.
Vnde inter charitate amanda, ordinem seruari affirmāt theo- *De ordine charitatis*
logi, vt primo Deum, secundo nos, tertio propinquiores, dili-
gamus etiam & inimicos, peccatoresq; omnes, propter bonam
sortitam naturam; ita tamen, vt semper spiritualia, coporali-
bus pręferantur. Hunc .n. diligendi ordinem, in cœlesti glo-
ria, credimus obseruari.

11. Charitatis effectus, quidam sunt interni, alij numerantur *De effectibus charitatis*
externi. 12. Illorum primus, est gaudium, in præsenti vita ad-
mixtum tristiæ; in futura beata absolutum vndiq;. 13. Secun- *De gaudio*
da est pax, quies animi quam appetunt, & procurant oēs. 14. *De pace*
Tertia vero misericordia, maxima virtutū, alienæ miserię cor- *De misericordia.*
dis cōpassio. 15. Externorum effectuū primus, est beneficien- *De benificentia.*
tia. specialis virtus; qua omnibus maxime coniunctis bene fit.
16. Eelemosyna duplex, corporalis vna, spiritualis altera, & *De eleemosina.*
vtraq; propter Deum indigenti subuenitur. 17. Prima de su-
perfluo, omni egenti petenti, extremo paciēti de necessario ad *De superfluo es danda & quibus*
statum & victum cōmunē à diuite habēte, proprio domino, &
de licitè acquisitis est eroganda. 18. Quumq; egestas hominū
multiplex sit, multiplex quoq; corporalis eleemosyna recitat *Quotuplex eleemosyna*
his prænotata. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
19. Secunda quia spiritualibus subuenitur miserijs, secundum
gratiā ab alto receptā, pfectior, & diginor ac varia declaratur
hoc versu. Consule corrige castiga, solare, remitte, fer, ora. 20 *De fraterna correctio*
Verū hęc ad fraternā correptionē, possunt redigi; quàm tertiū
externū charitatis effectū morales cōstituūt, ipsāq; ad eleemo-
synā spiritualē reducūt. 21. Hæc adeo necessaria, est, viuenti- *Fraterna correctio omnibus necessaria.*
bus omnibus; Vt illā exequi, patiq; eandē oēs obliget. 22. An
vero in illa seruādus sit euangelicus ordo pręscriptus, vehemē-
ter doctores angit. Quod minime faceret, si ēmēdā fratris (fra- *Ordo fraternæ correctionis.*
ternæ charitatis finē) attēderēt, Nā quod in speculabilibus, prī-
cipiū, in moralibus, operat finis. A quo mediorū rō, sumit. Di-
ligēter ēt Mathæi verba pēsarēt. Nā pfixū ordinē euāgelicū,
tm̄ de iniuria propria intelligēdū; & adhuc (autore Chrisosto-
mo) ex cōsilio seruādū, viderēt. Vnde ex fine, & fratris emēda
cōsiderata, modū corrigēdi, accōmodū naturę & rationi collige-

De preceptis charitatis rent. illæsa semper fratris fama seruata.
23. Hæc omnia tamen atq; alia, quæ à charitate fluere possunt, ad duo suauia, & digna præcepta, cœlitus data, verbo

primum charitatis preceptum. & Christi exemplo renouata & confirmata reducuntur. 24. Quorum maximum & primum est. 25. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, tota mente tua, & omnibus viribus tuis. Secundum huic fertur simile.

De dono sapientiæ correspondetne 26. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Propterea a Sanctis accommodatur illi sapientię donum, quod semper alta diuinaq; speculatur. Ac per cōseque͂, paupertas spiritus, respondet eidem.

De oppositis charitati scilicet odio. 27. Opponuntur charitati & effectibus eius multa. Quorum primum est, odium, ex inuidia pullulatum, maximum, & capitale, pręsertim commissum in Deum. 28. Secundū Ac-

De accidia. cidia gaudio aduersa, mortale & capitale vicium, tristiciā de alienis bonis causans. 29. Tertium Discordia, seu voluntatū

De discordia & contentione. disgregatio. 30. Quartum Contentio verbis offendens, pacem destruens, ab inani gloria prorūpens; eoq; tàm hæc quàm illa præcedens discordia, vicia mortalia constituuntur. 31.

De schismate. Quintum Schisma, seu separatio ab vnitate ecclesiæ ex intentione facta; cuius sequentia damna, quàm graue peccatum sit

De bello. indicant manifeste. 32. Sextum Bellum, præsertim iniustū.

De rixa 33. Rixa nulla auctoritate, factis lædens quempiam. 34. Seditio, ad pugnam tumultus. 35. Tandem opponitur no-

De scandalo. no charitati scandalum, dicto vel facto, ruinæ spiritualis occasionem præbens. Quæ omnia, quàm grauia & detestanda vitia sint: tùm charitas cui aduersantur, tùm quæ pariunt mala declarant satis. In cauto potissimum, qui charitate neglecta, ad tanta deuenit mala; sicut & prudenti ac charitate feruenti, omnia cooperantur in bonum, & gaudium sempiternū.

Dilectus. Cant. 6 a.

Ego dilecto meo, & dilectus meus michi, qui pascitur inter lilia.

IN CAPVT QVARTVM
De Prudentia.

ANIMADVERSIO.

In partes duas partitur hoc cap. Prima refert, quæ ad prudentiam attinent, quid sit, quod sit primo virtus finem & media dictans, vnde triplex denominatur prudentia, quæ illius partes integrales sunt, subiectiuæ & potentiales, quæque respondunt prudentiæ. Secunda de Prudentiæ oppositis agit, imprudentia, inconsideratione, inconstantia, negligentia, carnis prudentia, ac deniq; de astutia disserit.

Ad Prudentem Ezech. 24. c.

Ingemisce tacens, corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis.

TEXTVS.

a PErfectus fidelis, sicut theologicis virtutibus in Deum se transformare satagit; ita hōīē totum cōponere, moralibus virtutibus inuigilat, vt sicut Deum, sic sensum proprium, & omnem externum hominem sibi amicum faciat, sentiat, & placabilem reddat. 2. Quod quum ita sit, moralium virtutum doctrina, quantum in nobis est, iuuemus illum oportet, quatuor sequentibus capitibus, ab illarum norma, Prudētia. scilicet, inchoantes. *De moralibus virtutibus* *De prudentia*

3. Prudentia virtus specialis, & moralis rationem rectam ad opus applicans, diffinitur ab Aristotile. Prudentia est recta ratio agibilium. 4. Quod ratio sit, inter habitus intellectus practici; quod ad agibilia & contingentia rationem applicet, inter morales virtutes computatur. 5. Et prima. 6. Nam non tantum media, sed & fines, si quibusdam credimus, cæteris præponit, atq; imperat. 7. Quo fit vt iuxta finium varietatem diuidatur, in Politicam, bonum ciuitatis; œconomicam, priuatæ domus commodum; & monasticam, singularis personæ vtilitatem respicientem. 8. Quas exercere optans, & perfecta .s. possidere, non tantū doctrina, & experimēto, verum & bonitate interna, illum fulgere oportet. *Prudentia ad intellectum et voluntatem spectat.* *Prud. prima virtus* *Prud. media & fines ponit.* *De triplici uera prud.* *Prud. perfecta quæ requirat.*

9. Prop

Lex vetus à quo & cui est data. Dei, homini reuelata, ad salutem eiusdem. Illam diuidimus in veterem,& nouam, seu in scriptã, & gratiæ legẽ. 19. Legem veterem, Angelorum ministerio dedit Deus Moysi, & Hebręorum soli populo; in tria præceptorũ genera partita moralia, *De moral. precep.* ceremonialia, & iudicialia, terrenis promissis ad illorum obseruantiam alliciens.

De preceptis prime tabule 20. Moralia,practica naturæ legis principia declarabãt; decẽ *De preceptis secunde tabulę* præcepta dicta decalogi, ex illis deducẽs Deus. 21. Qui in duabus tabulis scribens illa, quæ ad Deum ipsum in prima, Non habere Deos alienos, non iurare, sabbatum colere. 22. Quæ vero ad proximũ ordinant, in secunda tabula digito suo scripsit, parentes venerari, non occidere, nõ mœchari, non fur *De affirmatiuis & negatiuis preceptis.* tum facere, falsum testimonium non proferre, vxorem alterius non concupiscere, nec alterius appetere bona. 23. Ex quibus, affirmatiua ad semper, sed non per semper: negatiua ad semper obligãt. Septem secundæ tabulę præcepta dispensari posse videtur a quibusdam, non tamen tria in prima tabula descripta. Si quæ vero moralia alia reperiantur, ad hæc omnia reducuntur.

de ceremonialibus precep. tis. 24. Cæremonialia, ad externum cultum tribuendum omnipotenti ordinata, in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruãtias, diuidebantur. Quorum litteralis significatio erat Dei cultũ; mystica Christum, & gratiam. quam ex se non conferebant figurare. Ideoq; sole Christo illustrante mundum præsentia, suaq; gratia, quasi vmbræ euanuerunt.

De iudicialibus preceptis 25. Iudicialia quæ hominem conuictum, reddebant pacificũ; *De varijs preceptis iudicialibus.* 26. Quædam de institutione & principum officio, eisdemq; exhibenda reuerentia; alia de contractu conciuium, emptionibus venditionibus, iudicijs & pœnis infligendis, trangressoribus; Alia de commercio, cum extraneis, vt pote de gerendis bellis, de suscipiendis peregrinis, & hospitandis aduenis dabunt. Alia deniq; continebant pręcepta, quæ domesticum institutum cum vxoribus, seruis, filijs, ac tota priuata familia bene componerent.

De lege noua 27. Atq; his tota illa, veterum celebrata lex claudebatur Quam quasi sol luciferum, lux tenebras, granum paleas, lex noua splendidior, perfectior, iocundior, suauior & firmior illa est consequuta. 28. Quoniam nihil aliud est lex noua quã

gratia

gratia spiritus sancti humanis cordibus, nostrisq; visceribus insculpta, 29. Qua propter solam iustificare, & in salutē omni credenti esse testatur doctor gentium Paulus. Omnia namq; in illius præceptis contenta, ad salutem, vitamq; æternam consequendam hominem ordinant. Quid enim septem sacramēta? quid ministrorum institutio facta à Christo? quid ab eodem suasa concilia, & mandata præcepta? aliud prędicāt, aliud docent, aliudue conferunt, quàm in sæculo pręsenti gratiam, & in futuro gloriam sempiternam? Quam certo obseruantibus conferet naturę redemptor.

Quid lex noua. Lex noua so la iustificat.

Lector. Cant. 2. b.

En dilectus loquitur mihi, surge, propera, columba mea & veni, hyems transijt. Flores apparuerunt, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos, vineæ florentes dederunt odorem suum.

IN CAPVT SEXTVM
De Gratia.

ANIMADVERSIO.

Declarata natura gratię. Primo, eiusdem traditur diuisio, in gratiam gratis datā, & gratiā gratū facientē, & vtriusq; mēbris finis, & qualitas explicatur. Secundo gratiæ gratum facientis duplex effectus statuitur, iustificatio impij, & meritum in vitam æternam.

Ad Lectorem. Cant. 4. c.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es oculi tui columbarum, capilli sicut greges caprarum, dentes sicut greges tonsarum, sicut vitta coccinea, labia tua, sicut fragmen mali punici, genę tuę; sicut turris Dauid, collum tuum, duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemilli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies & inclinentur vmbrę.

TEXTVS.

1 QVem compositæ passiones ornant, studiosi habitus disponunt ad optima, exculsisq; vitijs, leges sacratæ ad perfectionem pellunt, gratia vltimate, & tantum perfici, admittunt Degratia

Quid sit gratia. *Quotuplex gratia.* *Quid sit gratia gratis data.* *Gratia gratis data multiplex.*

omnes. Sicut ergo priora tractauimus, vt libro finem demus, gratiam tractandam proponamus. 2. Est autem gratia donū ab alto concessum. 3. Diuiditur in gratiam gratis datam & gratiam gratum facientem. 4. Prima quum in bonum com mune detur, diffiniri potest cum Paulo, est manifestatio spiritus ad vtilitatem. 5. Quum vero spiritus cogitatione, verbo, & opere manifestetur, multiplex gratia gratis data constituitur. Quædam cogitationem perficiunt, veluti fides, sapientia, scientia, sermo. Aliæ pronuntiationem adaptant auditori, velut genera linguarum, interpretatio sermonum. Aliæ deniq; prædicationem omnem factis confirmant, velut gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia & discretio spirituum.

Quid sit gratia gratum faciens. *Propria gratiæ gratum facientis.* *De modo habendi gratiā.*

6. Secunda deffinitur, gratia gratum faciens, est bona qualitas mentis, gratum faciens habentem, & opus eius bonum reddens. 7. Indistincta à charitate, radix omnium virtutū, donorum & beatitudinum. Adeo vt illa destituti, nec diligere Deum super omnia (ni forte in statu naturæ integræ) nec legis mandata, quo ad modum seruare, nec â peccato resurgere, nec diu illud vitare, nec tandem illa neglecta optatū gloriæ triumphum consequi valemus. 8. Quum tanti ergo sit precij & comparatur, & conseruatur peculiari auxilio Dei. 9. Qui primo operatur velle, nostram mentem & animum mouendo; Post cooperatur eidem voluntati, ac libero arbitrio nostro, vt gratiam disposita accipiat, & possideat anima.

De duplici gratia operante & cooperāte.

10. Propterea hanc diuidere solent nostri, in gratiam operantem, & cooperantem.

Primus effectus gratiæ iustificatio impij. *Quid præcedat in iustificatione.* *Possit quis sine gratia iustificari, & sine fide gratiam habere.*

11. Cuius effectus mirabilis, est iustificatio impij. 12. Ad quam hæc prænotâtur requiri, Motus liberi arbitrij in peccatum, motus fidei, remissio peccatorum, & ante omnia gratiæ infusio. 13. Hæc enim in genere causæ efficientis (quum ab illa reliqua pendeant) præcedit, licet in genere causæ materialis postponatur cæteris. 14. Simul tamen esse creduntur & in instanti iustificationem fieri. 15. An vero potentia Dei absoluta possit quis sine gratia iustificari, vel sine fide gratiā aliquis priuatus omni fidelium notitia recipere, sollicitos reddit quosdam & varios. 16. Hunc effectum sequitur alius ex opta-

optatus vita æterna, non tamen sine summo labore ac periculo illam consequimur. *Secundus effectus gratiæ est vita æterna.*

17. Quod si verum est in domino gloriemur & in dilecto filio Christo speremus. Qui solus hanc gratiam sibi, & alijs de condigno meruit. 18. Nos, vero illa illustrati tantum de condigno nobis augumentum; cæteris de congruo primam gratiam, etiam & temporalia bona possumus mereri. Quibus omnibus, quam compositus ornatus, instructus, atque perfectus omnis homo volens reddatur ex dictis omnes estote iudices. *Solus Christus de condigno meretur primã gratiã* *Nos de condigno augumentum gratiæ tãtum meremur nobis.*

Lector. Psal. 44. c.

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, omnis gloria eius, filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietate.

Finis primi libri secundæ sectionis.



SECTIONIS SECVNDAE MORALIS THAEOLOGIAE.

Liber Secundus.

DE HOMNIS FIDELIS OPTIMO ſplendore & vnico exoptando in vita pręſenti ſtatu.

PRAEFATIVNCVLA Ad Lectorem.



Vrenulas aureas vermiculatas argento, virtuteſq; veras, vero illuſtratas ſplendore, hoc libro ſequenti ſtudioſæ lector curauimus tradere. Vt qui tuorum doctrina, non vales incedere, Dei optimi maximi certiſſimis oraculis, infuſis virtutibus, altiſſima monſtrata perfectione, progredi ad alta nitaris. Donum enim habes fidei, quo menti pandentur miſteria, ſpes tibi conceditur, qua cœleſtibus firmetur animus. Charitas tuæ infunditur voluntati, vt transformetur in Deū. Superadduntur & his, morales virtutes, quibus operationes omnes in Deum & proximum valeas moderari. Eſt tibi prudentia in lucernam conceſſa, iuſticia in cingulum tuorum lumborum, fortitudo in ſcutum & gladium. Tēperantia in normam & regulam politicę vitæ; Vt tantarū varietate ornatus, delitijs affluens, & bonis tuo ſtatui conſonis abundans, gradum perfectionis optatum conſequi fœliciter valeas, & tuo placere vnico reparatori, Deoq; vero.

Virtus vera charitatis ſplendore illuſtratur

à nobis nihil poſſumus

A Deo habilitamur ad ardua, & omnia bona.

Ad quid thęologia virtus

Ad quid virtus moralis

Finis vtrumq; virtutum ad quem.

Ad fidelem Oſeæ. 2. d.

Et dicam non populo meo, populus meus eſt tu, & ipſe dicet Deus meus es tu.

IN

IN CAPVT PRIMVM
De fide.

ANIMADVERSIO.

Fidei consideratio præsens, duo amplectitur; illius naturã, dignitatem, obiectum, & firmitatẽ. Secundo eiusdem duos proponit actus, internũ scilicet credere cũ illius credibili multiplici, & pręcepto, & externum alium; scilicet confiteri ore cum eiusdem affirmatiuo pręcepto, & vtrorũq; opposito infidelitate varia. Ex quibus, hæresis peior, & pestilentior iudicatur. Consequenter tertio quę fidei respondeant, & infidelitati aduersentur traduntur.

TEXTVS.

De septem virtutibus

Moralis proposita tractanda thæologia ad Deum dirigens omnia, & hominem ordinans ad quietem, â natura intentam; non modo hominem in genere, nec operanda in vniuersum, cõtemplatur; verum quæ aliquando fidelibus omnibus, dein, quæ in spetie christianis competant docet. Quare traditis his, quibus homo omnis poterat instrui; Nunc quæ fideli competant homini, proponamus. Cuius scopus, quum, sit obiecto fidei, Deoq; optimo maximo firmiter adhærere, in singulari non modo septem celebratas virtutes animum excolentes, sed & perfectiones quę fidelem statum decorant, firmiorẽ fœcundioremq; reddunt fidelem, nosce oportet. Qua propter non tantum septẽ virtutes, primis capitibus septem; sed duobus sequentibus quæ vniuersum fidelium senatum cõcernunt ac principes illius, proponemus tractanda, & imitanda. 1

Fides prima vna & infusa virtus.

2. Prima itaq; virtutũ, homini fideli necessaria, fides est: A qua & nomen & dignitatem sortitur, cum basis sit cæterarũ potissima, vnaq; ex infusis maxima virtus, quam Paulus in hũc

Quid sit fides

modum deffinit. 3. Fides est substantia sperandarum rerũ, argumentum non apparentium.

Deus fidei obiectum

4. Vnde Deum omnem veritatem non apparentem, continentem, summè à natura speratum, & Dei dono creditum collocamus fidei obiectum. Cui

Deo non subest falsum.

(quum falsum subesse non possit) 6. Ab eo reuelatis, nobisq; per ecclesiam propositis, in Symbolô articulorũ duodecim, vel alibi,

Ecclesia proponitur credenda etiã extra 12. articulos.

7. Interius infuso habitu fidei firmiter adheremus. 8. Fide .n. acquisita licet credere, prædicata & auribus proposita;

sita; non tñ firmiter illis inhærere valemus carentes infusa. 9. Quę quum scientia simul, de eodē credibili stare nequit, quùm actui eius, & fidei naturæ repugnet.
10. Duo nāq; sunt fidei actus, interior vnus, & exterior alter; vt quod ad iusticiam corde credimus, ad salutem confiteamur vno ore cum Paulo. Interior actus dicitur credere, qui est cum assensu cogitare. Quo eodem actu, Deo, Deū, & in Deum credimus, & in eiusdē propria, tàm naturali lumine nota, quàm quę supernaturali lumine reuelatione egent.
13. Vnde quę explicitè proponuntur ab ęcclesia fidelibus, explicite ab omnibus credantur oportet, velut articuli fidei. 14 Quę vero ex ijs deducuntur, quæue in sacra cōtinentur scriptura sufficit implicitè credere. 15. exceptis semper maioribus. Qui quū alios instruere debeant, scaris & diuinis plus intendere debent. 16. Si de primis fidelibus ante Christū, & ignorantibus euangelium sit sermo, duo ab illis credi explicitè oportebat. Deum inquam esse, & remuneratorem esse. 17. Excepto item hebæro populo, cuius explcita fides, ad alia per Moysem & synagogam tradita se extendebat. 18. Præsertim procerum, quibus trinitatis, & incarnationis futurum mysterium explicite credere oportebat, fide semper infusa. 19. Quam non in angelis, ante pręmium; nec in primo Adā, ante lapsū; sed in dæmonibus & dānatis hoībus, extare negamus,
20. Hunc internū sequitur exterior fidei actus, quem cōfessionem fidei appellamus. Cuius præceptum affirmatiuū, quū sit, non pro semper, sed semper opportuno loco & tempore occurrentibus, omnes fideles obligat.
Opponitur fidei infidelitas, qua dissentitur à creditis, maximum peccatum. Præsertim si positiua sit; Negatiua enim, potius pœna peccati censetur. 22. Illius species tres connumerantur, Paganorum, Iudeorum, & Hæreticorum; Quorū nullus, si fieri potest, est ad regimen assumendus, ad disputationem vocandus plebe pręsēte, nec ad cōuictum admittēdus. 23. sed ad fidē potius cōpellendi essent, vt saltē eorundē posteritas à cruciatu æterno liberaretur. 24. Pestilentior oībus, & nris fidelibus incōmodior, sēper ē credita hæresis. 25. Omissis ergo alijs, virū hęresis aperiamus. Hęresis ē enunciatio falsa, ita fidei

Fide infusa firmamur. Fide acquisita tantum credimus. Fides cū scientia esse non potest. Fidei actus duo. Ro. 10. Primus actus fidei credere. Credere debemus omnia de Deo. Credendi sūt articuli explicitè. Implicitè à populo creduntur aliqua ex sciptura. Maiores quid credant. Fideles primi quid crediderint. Hebræus populus quid credebat. Maiores Iudeorum quid credebant. Angeli & Adam quid credebant. De secundo actu fidei scilicet confessione.

Hæreticus cō uincendus vel condemnandus. dei catholicæ repugnās, vt cum illa stare nequeat. 26. Cuius fautorem pertinacem, quem hęreticum nominamus, sicut & heresim ipsam, multis testimonijs conuincere, & statutis condemnare nititur sancta mater ecclesia; sicut & pœnitentem, retractantemq; hęresim veluti gallina pullum, fouere enititur.

De Apostasia. 27. Duæ his etiam infidelitatis species solent adiungi, sed improprié, Apostasia vna, & blasphemia fertur altera. Apostasia est recessus vel à fide, vel ab obedientia, vel à religione.

De Blasphemia 28.. Blasphemia est vel corde, vel ore effectu, præcendente, Deo vel sanctis, quæ non conueniunt, aut repugnant tribuere. 29. Quæ si in Spiritū Sanctum est, irremissibilis dicitur; sicut & desperatio, præsumptio, impęnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitę, & inuidia gratię fraternæ, quæ peccata in spiritum sanctū dicuntur irremissibilia. Quod his potissimum peccans à se pellat spiritum sanctum, remissionis autorem. *Peccata in spiritum sanctum irremissibilia.* 30 Infidelitati omni contrariantur dona intellectus & scientiæ, sicut & eadem cum munditia cordis, correspondent fidei. *Dona fidei cōtraria infideli*

Fidelis. Sap. 10. b.

Et dixi Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.

IN

IN CAPVT SECVNDVM De Spe.

ANIMADVERSIO.

Ad spei essentiam requisita, scilicet quid sit, quod eiusdem obiectum, & subiectum, ante omnia in hoc capite traduntur. Secundo timoris donum, spei respondens declaratur, eiusdem multiplicitate proposita, & beatitudo alludens bis declaratur. Tertio pręsumptio, & desperatio, aduersa dictis, statuuntur, & prohibentur; sicut priora pręcipiuntur.

Ad sperantem Hier. 31. c.

Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo.

TEXTVS.

II SPES, est secunda thæologica virtus; qua firmiter, à Deo fœlicitatem consequi speramus. 2. Nec tantum nobis, sed & alijs tribuendam, sperare possumus. 3. Vnde illius obiectum, esse Deum ipsum, nostram æternam beatitudinē, dubitare non possumus. 4. Et similiter in voluntate collocari, quum sit appetitus quidam ad Deum bonumq; æternum, medians inter fidem, & charitatem. *Spes quid* *Cui speramus* *obiectum spei* *Subiectū spei*

5. Respōdet spei, donū timoris: qui in filialē, initialē, seruilem & mundanum partitur. 6. Filialis semper bonus cuius etiā rationem aliquam participant, initialis & seruilis, non tamen mundanus & humanus, nec eo bonus. 7. Filialis timor initium est sapientiæ, & propriam doni rationem retinet. 8. Quumq; à charitate ortum habeat, ipsa crescente crescit, & manet in patria, charitate manente. 9. Qua accensus qui uis, soli Deo vacare intendit; propter quod paupertas spiritus, timori vero & charitati consonat. 10. Opponuntur spei, desperatio, & præsumptio. 11. Illa ex accidia, & luxuria. Hæc ex inani gloria, ortum habet. 12. Hæc, graue peccatum; sed illa, maximum creditur. 13. Sunt quidem omnes, *Respōdet spei timoris donū* *Timor filialis bonus.* *Timor filialis est donum* *Timor filialis charitati aptatur.* *Timori respondent paupertas spiritus.*

H tam *Spei quae op-*

tã hęc quã illa contra spei præcepta: in lege veteri data per modum promissionis, in noua per modum admonitionis & pcepti.

Sperans. Psal. 50. a.

Domine spes mea à iuuentute mea, in te confirmatus sum ex vtero,
de ventre matris meæ tu es protector meus.

CAPVT TERTIVM
De Charitate.

ANIMADVERSIO.

De charitate ipsa, primo disseritur quid sit, à quo, ad quid, quomodo augeatur, quisue ordo in illa seruetur. Secundo effectus charitatis manifestantur, scilicet g. udium, pax, misericordia, interni, & externi effectus, beneficentia, eleemosyna omnis, spiritualis & corporalis, potissimum fraterna correctio. Tandem tertio duo charitatis præcepta, & quæ illis accommodari solent, explicantur.

Ad dilectnms nu. 15. a.

Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

TEXTVS.

De charitate
Quid sit charitas
A quo sit & in qua
Ad quid sit charitas.
Charitas à gratia non distinguitur.

ORiginis seruato ordine, charitas tantopere celebrata, virtus, vna, specialis, & maxima venit tractanda. 2. Cuius hæc colligitur descriptio, Charitas est specialis amicitia hominis ad Deum, in communicatione beatitudinis fundata. 3. Infunditur à solo Deo, voluntati hominis. 4. Vt illum perficiat, omniq; virtute adornet; non est enim sine charitate virtus aliqua, sicut nec sine anima corpus. 5. Ex quibus infertur: à gratia superius proposita non distingui, quũ eadem efficiant vtraq; & vtraq; perfecta.

Charitas quomodo augetur & desinat.
De medijs ad [illegible]

6. Nihilominus augetur per actum feruentem, non tamen in infinitum; Diminuitur venialibus, destruiturq; vno mortali. 7. Propterea quod maior & minor esse potest; in gradus tres, incipientium, proficientium, & perfectorum distinguitur; 8. Secundum studia diuersa, ad quę per charitatis augumentum

homo

homo ducitur, 9. Diligendo Deũ, & quę ab ipso rationem bo ni & dilectionis participãt. 10. A summo .n. bono, charitatis primo obiecto, ratio dilectionis sumitur, ad reliqua diligenda. Vnde inter charitate amanda, ordinem seruari affirmãt thæologi. vt primo Deum, secundo nos, tertio propinquiores, diligamus etiam & inimicos, peccatoresq; omnes, propter bonam sortitam naturam; ita tamen, vt semper spiritualia, coporalibus pręferantur. Hunc .n. diligendi ordinem, in cœlesti gloria, credimus obseruari.

gnarum.
De obiecto charitatis
De ordine charitat.s

11. Charitatis effectus, quidam sunt interni, alij numerantur externi. 12. Illorum primus, est gaudium, in præsenti vita admixtum tristia; in futura beata absolutum vndiq;. 13. Secunda est pax, quies animi quam appetunt, & procurant oẽs. 14. Tertia vero misericordia, maxima virtutũ, alienæ miserię cordis cõpassio. 15. Externorum effectuũ primus, est beneficientia. specialis virtus; qua omnibus maxime coniunctis bene fit. 16. Eelemosyna duplex, corporalis vna, spiritualis altera, & vtraq; propter Deum indigenti subuenitur. 17. Prima de superfluo, omni egenti petenti, extremo pacięti de necessario ad statum & victum cõmunẽ à diuite habẽte, proprio domino, & de licitè acquisitis est eroganda. 18. Quumq; egestas hominũ multiplex sit, multiplex quoq; corporalis eleemosyna recitat his prænotata. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. 19. Secunda quia spiritualibus subuenitur miserijs, secundum gratiã ab alio receptã, pfectior, & diginor ac varia declaratur hoc versu. Consule corrige castiga, solare, remitte, fer, ora. 20 Verũ hęc ad fraternã correptionẽ, possunt redigi; quàm tertiũ externũ charitatis effectũ morales cõstituũt, ipsãq; ad eleemosynã spiritualẽ reducũt. 21. Hæc adeo necessaria; est, viuentibus omnibus; Vt illã exequi, patiq; eandẽ oẽs obliget. 22. An vero in illa seruãdus sit euangelicus ordo pręscriptus, vehemẽter doctores angit. Quod minime faceret, si ẽmẽdã fratris (fraternæ charitatis finẽ) attẽderẽt, Nã quod in speculabilibus, prĩcipiũ, in moralibus, operat finis. A quo medio tũ rõ, sumit. Diligẽter ẽt Mathæi verba pẽsarẽt. Nã pfixũ ordinẽ euãgelicũ, tm̃ de iniuria propria intelligẽdũ; & adhuc (autore Chrisostomo) ex cõsilio seruãdũ, viderẽt. Vnde ex fine, & fratris emẽda cõsiderata, modũ corrigẽdi, accõmodũ naturę & rationi colligerent,

De effectibus charitatis
De gaudio
De pace
De misericordia.
De benificentia.
De eleemosina.
De superfluo eroganda & quibus
Quotuplex eleemosyna
De fratern correctio
Fraterna correctio omnibus necessaria.
Ordo fraternæ correctionis.

De praeceptis charitatis rent. illęsa semper fratris fama seruata.

23. Hæc omnia tamen atq; alia, quæ à charitate fluere possunt, ad duo suauia, & digna præcepta, cœlitus data, verbo & Christi exemplo renouata & confirmata reducuntur. 24. Quorum maximum & primum est. 25. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, tota mente tua, & omnibus viribus tuis. Secundum huic fertur simile. 26. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.

primum charitatis praeceptum.

De dono sapientiæ correspondetne Propterea a Sanctis accommodatur illi sapientię donum, quod semper alta diuinaq; speculatur. Ac per cōsequē, paupertas spiritus, respondet eidem.

De oppositis charitati scilicet odio. 27. Opponuntur charitati & effectibus eius multa. Quorum primum est, odium, ex inuidia pullulatum, maximum, & capitale, pręsertim commissum in Deum. 28. Secundū Accidia gaudio aduersa, mortale & capitale vicium, tristiciā de alienis bonis causans. 29. Tertium Discordia, seu voluntatū disgregatio. 30. Quartum Contentio verbis offendens, pacem destruens, ab inani gloria prorūpens; eoq; tàm hæc quàm illa præcedens discordia, vicia mortalia constituuntur. 31. Quintum Schisma, seu separatio ab vnitate ecclesiæ ex intentione facta; cuius sequentia damna, quàm graue peccatum sit indicant manifeste. 32. Sextum Bellum, præsertim iniustū. 33. Rixa nulla auctoritate, factis lædens quem piam. 34. Seditio, ad pugnam tumultus. 35. Tandem opponitur nono charitati scandalum, dicto vel facto, ruinæ spiritualis occasionem præbens. Quæ omnia, quàm grauia & detestanda vitia sint: tùm charitas cui aduersantur, tùm quæ pariunt mala declarant satis. Incauto potissimum, qui charitate neglecta, ad tanta deuenit mala; sicut & prudenti ac charitate ferventi, omnia cooperantur in bonum, & gaudium sempiternū.

De accidia.

De discordia & contentione.

De schismate.

De bello.

De rixa.

De scandalo.

Dilectus. Cant. 6 a.

Ego dilecto meo, & dilectus meus michi, qui pascitur inter lilia.

IN

IN CAPVT QVARTVM
De Prudentia.

ANIMADVERSIO.

In partes duas partitur hoc cap. Prima refert, quæ ad prudentiam attinent, quid sit, quod sit primo virtus finem & media dictans, vnde triplex denominatur prudentia, quæ illius partes integrales sunt, subiectiuæ & potentiales, quæque respondunt prudentiæ. Secunda de Prudentiæ oppositis agit, imprudentia, inconsideratione, inconstantia, negligentia, carnis prudentia, ac deniq; de astutia disserit.

Ad Prudentem Ezech. 24. c.

Ingemisce tacens, corona tua circumligata sit tibi, & calciamenta tua erunt in pedibus tuis.

TEXTVS.

PErfectus fidelis, sicut theologicis virtutibus in Deum se transformare satagit; ita hõiẽ totum cõponere, moralibus virtutibus inuigilat, vt sicut Deum, sic sensum proprium, & omnem externum hominem sibi amicum faciat, sentiat, & placabilem reddat. 2. Quod quum ita sit, moralium virtutum doctrina, quantum in nobis est, iuuemus illum oportet, quatuor sequentibus capitibus, ab illarum norma, Prudẽtia, scilicet, inchoantes. *De moralibus virtutibus* *De prudentia*

3. Prudentia virtus specialis, & moralis rationem rectam ad opus applicans, diffinitur ab Aristotile. Prudentia est recta ratio agibilium. 4. Quod ratio sit, inter habitus intellectus practici; quod ad agibilia & contingentia rationem applicet, inter morales virtutes computatur. 5. Et prima. 6. Nam non tantum media, sed & fines, si quibusdam credimus, cæteris præponit, atq; imperat. 7. Quo fit vt iuxta finium varietatem diuidatur, in Politicam, bonum ciuitatis; œconomicam, priuatæ domus commodum; & monasticam, singularis personæ vtilitatem respicientem. 8. Quas exercere optans, & perfecta s. possidere, non tantũ doctrina, & experimẽto, verum & bonitate interna, illum fulgere oportet. *Prudentia ad intellectum et voluntatem spectat.* *Prud. prima virtus* *Prud. media et fines proponit.* *De triplici vera prud.* *Prud. perfecta quæ requirat.*

9. Prop

quando preci piatur prudẽtia. 9. Propterea licet non peculiari præcepto, tamen omnibus decalogi mandatur, cum illius sit, omnes actus bonos dirigere.

De partibus Prudentiæ 10. Partes habet integrales, subiectiuas, & potentiales.

De integralius partibus prudentiæ Integrales ad actum perfectum eius concurrentes connumerã tur, memoria præteritorum, intelligentia præsentium, contingentium & necessariorum, Eustechia siue docilitas, bona coniecturatio, & solertia medij coniectatio. 11. Sunt & aliæ tres

De tribus aliis integralibus partibus. ad prũdentiam, non vt cognoscitiuam sicut præcedentes, sed vt præceptiuam pertinentes. Prouidentia (inquam) ad finem accomodans omnia; Circunspectio, circunstantia aduertens; & cautio, tolles impedimenta.

De partibus subiectiuis Subiectiuæ partes sunt. Prudentia regens se, & prudentia regens multitudinem, sub triplici diuisionis prudentiæ membro conprehensæ.

De partibus potestatiuis 13. Potestatiuæ partes hæ. Eubulia benè concilians; synesis, iudicans bene secuudum vniuersales regulas; gnome, bene iudicans etiam, sed præter communes regulas.

De cõsilio & materia Prudentiæ accommodatis 14. Ex quibus quàm apprimè Consilij donum, & beata misericordia prudẽtiæ accommodetur facile comprehendemus. Quum illo à Deo, ad consiliandum moueamus; hac vero ad finem vtilissimum ordinemus intentum etiam à prudentia & Consilio.

De imprudentia contraria prudentiæ. 15. Sex legimus opponi prudentiç, Imprudentiam siue priuatiuam, siue contrariam, generale vicium per aliorum participationem, & quod plura sub se contineat vicia, sicut virtutes prudentia, easdem enim partes habet, quas & prudentia; oppositas illi tamen & vitiatas. 16. Inconsideratio & inconstãtia quoq; opponitur virtuti prudentiæ, quod ad prudentiã requi-

De inconsideratione & inconstantia. sita consulto omittant. 17. Quarto negligentia, peccatum

De negligentia iuxta materiam pensandum. 18. Prudentia carnis indebitum constituens finem, & tandem aduersatur prudentiæ, Astutia non veris ad finem medijs vtens, sub qua dolum, fraudem, & auaritiam collocamus.

De Prudentia carnis

De Astutia.

Prudens. Cant. 3. a.

Quid videbis in sunamite nisi choros castrorum, quam pulchri sunt gressus tui incedcientis filia principis.

IN

IN CAPVT QVINTVM De Iustitia.

ANIMADVERSIO.

Traduntur duo hoc in cap. quæ ad iustitiam spectant primo scilicet quid sit, quod illius ius, actus, medium, quot illius partes integrales, scilicet facere bonum declinare à malo; quod subiectiuæ scilicet commutatiua & distributiua iusticia, & epicheia; quod potentiales, scilicet religio prima cum duobus internis actibus deuotione & oratione, sex; externis adoratione, oblatione, voto, iuramento, adiuratione, & laude. 2. pietas. 3. obseruātia cū honore & obediētia actibus suis. 4. Gratia. 5. vindicatio. 6 veritas. 7. Amicitia. 8. Liberalitas. Secundo quæ ad opposita iustitiæ attinent proponuntur. Quomodo trāsgressio & omissio opponātur, affirmatiuis et negatiuis preceptis; Acceptio personarū distributiue; cōmutatiue vero Homicidiū, mutilatio, verberatio. furtum, rapina, iniustitia iudicis, accusatio iniusta, mentiri in iudicio, falsum testimonium, Aduocati iniquitas, contumelia, detractio derisio, maledictio, fraudulentia; religioni, superstitio cum suis speciebus, Idolatria, diuinatione, Nicromantia, sortilegio, augurio. Etiam religioni opponitur, tentare Deum, periurium, sacrilegium, simonia; Pietati, impietas; gratiæ, ingratitudo; veritati mendacium, Hypocrisis, iactantia, ironia; amicitiæ; adulatio; liberalitati demiq; auaritia & prodigalitas aduersantur.

Ad Iustum. Cant. 3. b.

Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrę & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij?

TEXTVS.

Præmittitur prudentia quasi ductrix, illam iustitia sequitur cæteras, quasi dignor præcedens & omniū finis; antequā ergo ad alias descendamus, quę de iustitia dicuntur, omni solertia tradamus. 2. Iustitia (Vlpiano autore) est cōstans & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens. 3. Est autem ius, obiectum iustitiæ; naturale vnū, & positiuum alterum; & vtrunq; in paternum & dominantium potest partiri. 4. Tribuere vnicuique suum, iusticiæ, actus dicitur, & ab hoc emanans, iudicium rectum actus quoque fertur iustitiæ. Ita vt sit non ex suspitione, sed secundum præscriptas leges

De iusticia *Iusticia quid* *Ius duplex.* *Actus iustitie dare suū* *Iudicium rectum.*

àpo-

Iustitiæ medium. à potestatem habente exercitum, 6. Et vterq; actus iuxta medium rei versatur.

Iustitia duplex generalis & moralis. 7. Hæc quidem tam generali iustitiæ, quàm legali,& morali competunt. Præsertim si Buridano fidem damus, dicenti idem esse iustitię hoc,per essentiã. Quod difficile est creditu, quum generalis iustitia, omne virtutis opus ad commune bonum ordinet. Legalis,ius concedat omnibus, secundum leges traditas; Moralis hominem ad alterum componat. Nihilominus tradita, singulis conuenire iusticijs,negare nõ possumus. 8. Quasi ergo de singulis dicta sint, & reliqua quæ de iusticię partibus restant dicenda illis tribuamus.

Iustitia diuiditur in partes.

Habet quidem iusticia, partes integrales, ex quibus constat; subiectiuas, de quibus dicitur; & potentiales, quas annexas habet. 9. Integrales partes sunt, facere bonum, & declinare à malo; Subiecttiuæ partes, duæ item traduntur, iusticia disttributiua vna,& commutatiua altera. 11. Illa est totius ad partes, hæc partium inter se; illa communia bona, secundum proportionem geometricam distribuit, Reipublicæ qualitate pensata, scilicet Aristocratiæ, Olicratiæ vel Democratiæ; Hæc æqualitatem inter duas personas attendit,secundũ Arithmeticam proportionem. 12. Illa, rem personę adæquat; hæc vero, rem rei æqualem facit.

De partibus integralibus Iustitiæ. De partibus subiectiuis. Differentia inter commutatiuam & distributiuã iustitiam. de ęqualitate vtriusq; iustitię.

13. Vtriusq; remota materia, res scilicet & persona & si eadẽ sit, non tamen proxima. 14. Materia proxima distributiuæ iustitię est bonorum reipublicæ vsus, ciuibus distributus consideratis meritis. 15. Commutatiuè vero,est vsus rerum moderatus in reddendis debitis singulorum. 16. Sicq; iustum eius, dicitur contra passum; tàm in voluntarijs,quàm in inuoluntarijs commutationibus. 17. Et actus eius restitutio constituitur,qua alter in dominium rei propriæ restituitur. 18. Sed à quibus debeat fieri sequens indicat carmen.

De materia vtriusq; Iustitiæ. Materia proxima distributiuæ iustitiæ. Materia proxima commutatiuæ, iustitiæ.

Frequens, Iussio, Consilium, consensus, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Iustum commutatiuę iustitię. Actus commutatiuę iustitiæ resti-

19. Tertia subiectiua pars, creditur epychcia, legum interpres 20. Potentiales partes iustitiæ sunt sequentes. Prima est religio specialis & vna virtus, omni morali dignior, qua cultus & reuerentia, Deo exhibetur. 21. Cuius actus interior duplex est, Deuotio à contemplatione orta,qua prõ

pẽt

ptè ad famulatum Dei pertinentia exequimur 22. Et oratio qua mentem eleuamus in Deum vtilis efficax, necessaria, meritoria, Deo & sanctis quandoque facienda, obsecrando, orando, postulando, & gratias agendo doctore Paulo 23. Externi actus, religionis eiusdem, sunt. Adoratio corpore & spiritu, reuerentia facta & debita immenso deo. 24. Oblatio sacrificij sensibilis in honoris & dominij signum. Deo et eius religionis ministris, de decimis & primitijs, de omnibus necessario taciē dis, secundum consuetudinem patriæ 25. Votum à libero factum de meliori bono, illud magis meritorium reddens, per religionis professionem, & ordinis sacri susceptionem solemnizatum. 26. In quo si continentię sit debeat ne aut possit dispensari, disceptatur. 27. Et quarto exterior religionis actu traditur Iuramentum per Deum vel creaturam; licitum, in iusticia, iudicio, & veritate & à personis debitis factum, in conscientia obligans nisi á superiori dispensetur. 28. Adiurare denique Deum, vel creaturam, laudare Deum actus sunt etiā religionis.

Oratio actus secundus religionis internus.
Adoratio primus exterius actus religionis
oblatio secundus actus.
Votum tertius actus
Iuramentum quartus actus religionis externus
Adiurare dare Deum actus religionis

29. Secunda pars potētialis iustitiæ, ponitur pietas, qua Deo, sāguine iūctis patria, beneuolē ia, officiū ac dīligēs cultus tribuitur: non omittenda, ni multum religioni impedimento esset. 30. Tertia obseruantia statuitur, qua dignitate præcellētes, cultu & honore debito reueremur. 31. Cuius pars vna dicitur Honor, in latriam & duliam vel hyperduliam distinctu, alia est obedientia specialis & maxima virtus Deo & superiori debita. 32. Quarta est gratia, quæ benefactoribus beneficium recompensat, saltem secundum animi affectum necessaria. 33. Quinta creditur vindicatio, ex charitate procedēs, qua nociuum expellitur: Fitque satis iniuriæ, pœnis ex lege licitis. 34. Sexta recensetur veritas, qua verba & facta ordine debito disponuntur. 35 Septima collocatur amicitia, qua simul conuenientes homines, inter se bene disponuntur. 36. Octaua liberalitas ponitur, qua bene vtuntur pecunij possidentes. 39. Nona respondent iusticiæ, donum pietatis, & beatitudo famis iustitiæ; quam iusticia ipsa reparat, secundum illius præcep a in decalogo contenta. His tota iusticiæ natura restat explicata. 38.

Secūda pars potentialis iustitiæ Pietas
Tertia pars poten. iust. obseruantia.
Honor et obedientia partes obseruantię
Quarta pars potent iustitiæ gratia
Quinta pars poten. iust. vindicatio
Sexta pars poten. iustitiæ veritas
Settima pars poten iusticię amicitia

Verum vt oppositis elucescat amplius, quæ insticię & singulis

Transgressio et omissio opponitur partibus integralibus iustitiae. illius partibus aduersantur, videamus. Iustitiae ipsi, duo opponuntur, iniustitia, peccatum ex genere suo aequitatem tollens; Iudicium non rectum, secundo. 39. Partibus integralibus repugnant transgressio negatiui praecepti, & omissio affirmatiui.

acceptio personarum distributiuae iustitiae. 40. Subiectiuis partibus multa opponuntur. Distributiuae enim iustitiae, acceptio .f. personarum contrariatur. 41. Commutatiuae vero opponuntur sequentia. 42. Homicidium, illicitum, non factum à persona debita, nec de personis meritis; 43. Mutilatio membrorum, verberatio, incarceratio iniusta; 44. Furtum seu acceptio rei alienae, inuito domino; 45. Rapina, violenta alienae rei accepptio, furto grauior; 46. Iniustitia iudicis, non sequentis leges iudicij; 47. Accusatio iniusta, per calumniam praeuaricationem, vel tergiuersationem; 48. Mentiri in iudicio cum de veritate interrogatur quis debite, à iudice competente; 49. Falsum testimonium proferre in iudicio; 50. Aduocati iniquitas, iniustam causam scienter defendentis, aut causae pauperis non occurrentis. 51. Contumelia, animo iniuriandi prolata, 52. Detractio, seu denigratio famae alterius, per verba, grauissimũ peccatum in detrahente & complacente; susurratio, amiciam laedens; 53. Derisio, facto vel verbo in erubescentiam proximi; 54. Maledictio, qua malum alteri imprecatur; 55. Fraudulentia, in emptionibus & venditionibus; & vsura, in mutuis. Horum quaedam sunt peccata ex genere suo, alia ex circunstantijs.

Homicidium cõmutatiuae iustitiae repugnat & sequum. Mutilatio, verberatio, Furtum. Rapina iniustitia iudicis. Accusatio iusta. Mentiri in iudicio. Falsum testimonium. Aduocati iniquitas. Contumelia. Detractio. Derisio. Maledictio. Fraudulẽtia.

Potentialibus partibus contrariãtur Superstitio religioni. 56. Nec carent contrarijs, Potentiales partes iustitiae. Nam religio, habet superstitionem; cum diuinus cultus non debite exibetur, aut alteri à deo datur. 57. Cuius species, sunt; Idolatria, indebitus cultus creaturae datus, execrabile scelus; 58. Diuinatio, qua futurorum notitiam, quis sibi vsurpat. 59. Nicromantia, sortilegium, vel Augurium, & obseruantia superstitiosa. 60. Habet & religio contraria alia, scilicet tentare Deum, petendo sine necessitate miraculum; 61. Periurium, mendacium iuramento firmatum; sacrilegium, quod est violatio rei sacrae; 62. Simonia quae studiosa dicit voluntas, emendi vel vendendi, aliquid spiritua-

Species superstitionis. Idolatria. Diuinatio

le

le vel spirituali annexum, peccunia, munere, vel obsequio. 63. Secundę parti scilicet pietati cōtrariatur impietas, obseruantiæ partibus scilicet obedientię, inobedientia; 64. Gratiæ, ingratitudo contraponitur, 65. Veritati mendacium iocosum, officiosum, & perniciosum; 67. – Hypocrisis simulata sanctitas; 68. Iactantia, verbis extollentia sui ipsius; Ironia, qua minora de se quis dicit, mentiendo, vel negando magnum quod in se est. 69. Septime parti potentiali iusticiæ, Hoc est amicitiæ; opponitur Adulatio verbis vel factis, supra debitum alijs applaudens 70. Liberalitati vltimæ potentiali parti, Auaritia amor immoderatus pecuniarum, mortale & capitale peccatum. Cuius species sunt, proditio, fraus, fallatia, periurium, inquietudo, violentia, & obduratio. 71. Prodigalitas per excessum opponitur etiam liberalitati. Atq; hæc de dignissima virtute Iusticiæ dicta sufficiant.

Hieromātia, Sortilegium. Augurium. Religioni etiā contrariā ur tentare Deū. Periurium, Sacrilegium Simonia. Pietati contrariatur impietas. Obiectus inobedientia.

Iustus Isa. 6. d.

Gaudebo in domino & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iusticiæ circundit me, quasi sponsam decoratam corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

IN CAPVT SEXTVM
De Fortitudie.

ANIMADVERSIO.

Hæc videtur totius capitis summa, quæ fortitudini primo; postremo, quę oppositis quadrant proponere. Principio itaq; docetur, quid sit fortitudo, generalis & moralis, illius obiectum, & actus. Quot partes integrales scilicet fiducia magnificentia, Pacientia, Perseuerantia, Magnanimitas. Quot partes potentiales, quidue donum & beatitudo respondeat fortitudini aperitur. Postremo de oppositis fortitudini agitur, quomodo fortitudini, inordinatus timor, intim ditas, & audacia, Magnificentia, & consumptio. Patientiæ mollities & pertinatia, Magnanimitas ap bilotimia idest sine honore Ambitio, Presumptio, inanis gloria cum filiabus eiusdem scilicet iactantia, inobedientia hypocrisis, contentio, Pertinatia, Discordia, Præsumptio, & Pusillanimitas, aduersentur.

Ad fortem Abac. 3. a.

Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius ante faciem eius ibit mors, & egredietur Diabolus ante pedes eius.

TEXTVS.

De fortitudine — *Quid sit fortitudo* — *Fortitudo generalis & specialis virtus.* — *Fortitudinis obiectum timori & audaciæ* — *Actus fortitudinis qui* — *Maximus actus martyrium est.*

1 MOralis virtus tractanda sequitur, quæ hominē ad se tùm in arduis, tùm in minimis ordinat, qualis prædicatur. Fortitudo & temperantia; de quibus hoc & sequenti capite nobis est propositum agere. 2. Primoq; de fortitudine, cuius hæc potest esse descriptio. Fortitudo, est virtus moralis, firma & bonum faciens habentem, repulsis aduersis, quæ rationis vsum, & quæ secundum rationem sunt impedientibus. 3. vt animum firmat, generalis; vt in magnis & periculis arduis firmat eundem, virtus specialis dicitur. 4. Vnde illius obiectum, & circa timores & audacias occupari. 5. Nam timore ipsa cohibet, audaciam reprimit; circa pericula, in communi, & in particulari; in bello, præsertim, & quæ in morte imminent versatur. 6. Quo fit, vt actus eius, sit sustinere tristia in quibus & delectatur fortis, fortiter sustinendo moderata, in auxilium ira assumpta; sicq; circa repentina non esse, cognoscet quiuis. 7. Maximus fortitudinis actus, reputatur martirium,

rium, quo quis Dei accẽsus amore, in iusticia, veritate,& fide contra persequentium impetus, firmus, constans, & intrepidus, atq; inuictus permanet ẽ vita discedens.

8. Partes integrales fortitudinis, sunt fiducia & magnificentia. Quarum priori, ad inuadendum fit animus promptus, posteriori in executione non deficit. 9. Patiencia quoq; & perseuerancia partes sunt integrales fortitudinis, ad actum sustinendi ordinate. Illa animus difficultate mali imminentis á sua magnitudine per tristitiam non deficit. Hæc, ex diuturna passione animus non fatigatur. 10. Magnanimitas etiam pars integralis cõstituitur; qua magnanimus ea facere studet quæ honore magno,& arduo digna sunt. Sicut & magnificus magnificentia vt speciali virtute circa pecuniarum maximos sumptus occupatur. 11. Vtraq; enim virtus, circa maximũ occupatur; illa circa honores, hæc circa maximas pecuniarum expensas. Nulla enim harum, est Michrochindinos idest de paruis periculis, nec etiam philochindinos, hoc est amator periculi, dicit philosophus. 12. Nam eo,sub magnanimitate fiduciam, & securitatem collocamus. Quarum prima roboratur spes magnanimi, ex aliquo, in se vel in alio considerato; secuuda, quietem animi consequitur magnanimus. His aliæ à Microbio,& Andronico adduntur partes integrales fortitudinis, ad dictas tamen reducuntur. 13. Hæ etiam partes potentiales eiusdem fortitudinis sunt, adiunctæ principali sci licet fortitudini, cum partes hæ sint etiam virtutes. Subiectiuis partibus caret, fortitudo quum in plures species fortitudinis non diuidatur. Specialis enim virtus existens, specialem materiam respicit pericula inquam mortis. 14. Est quidem & hæc donũ spiritus sancti cuius est incepere cæpto arduo, vsq; ad finem vitæ perseuerare, sicut & virtute non frangi animo propter difficultates. 15. Esurientes iusticiam hac fortitudine induantur oportet, & omnes, tantis de illa præceptis in lege existentibus.

16. Opponuntur fortitudini, inordinatus timor, fugiens, & omittens, quæ ratio dictat prosequenda, aut vitanda: 17. In timiditas per excessum, ex quadã animi elatione, & præsumptione orta, vel rationis defectu, 18. Audacia tertio aduersatur fortitudini, inuadens & aggrediens sine consilio pericula,

De partibus integralibus.

Patientia, magnificentia.

Patientia & perseuerantia.

Magnanimitas

Magnanimitas & magnificẽtia circa quæ

Sub magnanimitate fiducia & securitas.

Partes potẽtiales fortitudinis virtutes speciales sint.

De dono timoris

De beatitudine respondente.

De oppositis fortitudini

De oppositis magnificētiæ 19. Partes integrales habent sua opposita etiam. Magnificentia, vt specialis est virtus circa maximos pecuniarum sumptus occupata, contrarium habet Paruificentiam, à proportione inter sumptus & opus defficientem, & consumptionem.

De oppositis Patientiæ 20. Patiencia rationem conseruans ne iniusticię succumbat, fortitudini & longanimitati accommoda, experitur contraria; mollitiem facile succumbentem, & Pertinaciam, impudenter tenentem.

De oppositis magnanimitati. 21. Magnanimitati opponitur per defectum Aphilotimia hoc est sine honore, per excessum Ambitio inordinate honorem desiderans immeritum. Præsumptio agere tentans, quæ virtutem excedunt propriam, 22. Inanis gloria, .i. inordinate apperens gloriam vanam, capitale vitium & multorũ causa.

De filiabus vanæ gloriæ Cuius filiæ sunt iactãtia, manifestatio verbis propriæ excellentiæ, inobedientia, hypocrisis, contentio pertinacia, Discordia, præsumptio, & pusillanimitas. Quorum quædam peccata & iuxta materiam grauissima censentur crimina, à quibus liberabitur fortis, nichaynus, hoc est ventosus, vel furiosus efficiatur.

Fortis. Cant. 6. a.

Quasi aurora cosurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.

IN CAPVT SEPTIMVM
De Temperantia.

ANIMADVERSIO.

Redigamus ad duo quæ de temperantia in præsentia disseruntur, ad ea quæ temperantiæ quadrant, & quæ de oppositis prædicantur. Temperantiæ namq; conuenire docetur quid sit, circa quæ, & illius regula, quæ et eiusdem partes integrales scilicet verecundia & honestas, quot subiectiuæ .s. Absti nentia, sobrietas, castitas cui pudicitia & virginitas adiunguntur, quot potentiales .s. continentia, mansuetudo. Modestia, cum quatuor speciebus eiusdem, humilitate, studiositate, ornatu, & modestia ad alterum sub qua eutrapelia statuitur. Prædicantur de oppositis ista, quod scilicet repugnent virtutibus temperantiæ in hunc modum, vt primo Temperantię opponantur intemperantia & insensibilitas. Dein alia alijs vt abstinentie gula cum filiabus suis sobrietati ebrietas, castitati, Luxuria, cum filijs suis, & speciebus, continentiæ Incontinentia, Mansuetudini Ira cum eiusdem filijs; clementiæ crudelitas & bestialitas; Humilitati superbia aduersatur.

Ad Temperan. Isa. 40. c.

Quis mensus est pugillo aquas & cœlos parmo ponderauit? quis appendit tribus digitis mollem terræ librauit in pondere montes & colles in statera?

TEXTVS.

1 Temperantia concupiscibiles passiones reprimens moralis, & specialis virtus, tractanda & describenda restat, vt hominē totum & fidelem verū, benécompositum apprimeq; ornatū contēplemur. 2. Est aūt tēperantia, virtus retrahens appetitū concupiscibilem, ab his quæ sīn rationē non sunt. 3. Qualia connumerantur potissima, potus, cibi & venerei actus concupiscentiæ. Vnde sicut timorē & audaciā reprimit fortitudo, ita tēperantia passiones in sensibilia & delectabilia tendentes mōderatur. 4. Regula salubri vtendo; vt quantū vitæ necessitati opus est capiat: tantum cum modestia. 5. Illius partes integrales sunt sequentes, Verecundia de turpi actu: Honestas indecentissima repellens. 6. Eiusdem subiectiuæ partes referuntur.
Abstinentia delectationes moderans cibi, cuius actus censetur ieiunium â quo si ecclesiasticum sit, nullus nisi ex causa excusatur. 7. Sobrietas potum temperans; & 8. Castitas concupi-

De Temperantia. *Temperantia quid.* *Temperantia circa quę.* *Temperantia regula* *De partibus integralibus.* *De partibus subiectiuis.* *Abstinentia.* *Sobrietas.* *Castitas.*

cupi-

Castitati adiunguntur Pudicitia & Virginitas. cupiscentiam regulans; generalis virtus, quatenus à vitijs lasciuis vt Deo adhæreat firmius, animũ cohibet. Et specialis, quatenus venerea reprimit. 9. Cui adiunguntur Pudicitia Venerea signa abhorrens, & Virginitas specialis virtus, carnis integritatem & ab omni venereo cõsensu & delectatione abstinendi propositum seruans, coniugio & continentia vi sua li prçposita. 10. Potentiales partes numerantur hæ.

Potentiales partes. Continentia. Mãsuetudo. Modestia Continentia contra Venereas passiones firma. 11. Mansuetudo iræ moderatiua, à clementia moderatiua punitionis externæ differens; vtraq; tamen virtus adiunctę tẽperantię. 12. Et tertio modestia tactus, delectationes ordinans mediocres: sicut tẽperantia maximas internas & externas. 13.

Modestie species quatuor. Humilitas. studiositas. Ornatus. Modestia ad alterum sub qua Eutropelia Huius species sunt quatuor, Humilitas animum firmans ne in excelsa tẽdat inordinatè in duodecim gradus diuisa secundum Bernardum. 14. Studiositas cognoscendi naturale desiderium regens. 15. Modestia in verbis & factis dicta ab Andronico ornatus; Et quarta modestia circa exteriorem cultum hominem ad negotia diuersa; & circunstantia ordinans ad alterum, bona ordinatio appellata sub qua ponitur Eutrupelia virtus in ludis.

Temperãtie opponuntur intemperantia, insensibilitas. 16. Temperantiæ opponuntur. Primo insensibilitas omnes delectationes refugiens. Secundo intemperantia vitium puerile superfluam concupiscentiam affectans.

Abstinentie gula 17. Partibus subiectiuis contrariantur & aliqua. Abstinentiæ namq; gula appetitus inordinatus edendi, capitale vitiũ. Cuius species his vocibus dignoscuntur. Pręparare lautè, nimis ardẽter, studiosè.

Gule filie 18. Illius filiæ hæ inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & mentis hæbetudo

Sobrietati ebrietas. 19 Sobrietati opponitur ebrietas, immoderata vini concupiscentia voluntaria, graue peccatum.

Castitati luxuria 20. Castitas oppositã habet luxuriam, circa voluptates venereas occupatam, capitale vitium.

Luxurie filię 21. Cuius filiæ sunt cæcitas mentis, inconsideratio, prçcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sœculi, & honor futuri

Luxurię species. 22. Species verò eiusdẽ sex traduntur, fornicatio soluti cũ soluta, Adulteriũ cõiugati cũ cõiungata, vel altero coniugato existente, Incestus inter consanguineos vel affines, Stuprum Virginis violatę, Raptus vi oppressę, Vitium contra naturam dictum, Bestialitas, Sodomia, vel alio incognito nomine, Sacrilegium personam vel locum sacrum

ſacrum violans. 23. Partes potentiales habent etiam contraria. Continentiæ contrariatur incnotinentia, appetens inordinatè delectationes & conçupiſcentias. 24. Manſuetudini ira appetitus vindictæ indebitus, capitale vitium. 25. Cuius filiæ dicuntur, Rixa, tumor, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia. 26 Clementiæ etiam obijcitur crudelitas, atrocitas animi in exigendis pœnis, diſtincta à ſæuritate & beſtialitate, quę more beſtiarum in inferendis pœnis delectatur. 27. Humilitas aduerſam ſentit ſuperbiam, qua quis ſupra ſe tendit contra modum debitum rationis. Grauiſſimum & capitale peccatum, cœterorum, vt fertur, principium. 28. Studioſitas quandoque curioſitate impugnatur. 29. Omnia hæc determinatè prohibentur in lege, ſicut Tēperantia & virtutes annexę & ſubditæ ſuadentur, & determinatis verbis pręcipiuntur. Quibus attendens fidelis omnis & manus applicans operi, rationi corpus ſubijciet & cordis mundiciam donumq; ſapientiæ ad ſpeculāda diuina & quæ de fide profitetur ſibi facile comparabit.

Continentiæ Incontinētia

Manſuetudini Ira

Iræ filię.

Clementiæ crudelitas & beſtialitas

Humilitati ſuperbia

Prohibentur in lege iſta.

Temperatus Apo. 12. c.

Menſura hominis quę eſt Angeli.

IN CAPVT OCTAVVM

De virtutum adiumento & exercitio & delectabili actu.

ANIMADVERSIO.

Proponuntur tria hoc in cap. discutienda. Primum est virtutum adiumentum, scilicet Prophetia, quid sit, vndè sit, quomodo fiat, quotuplex censeatur, quot illius gradus numerentur, & quomodo creuerit, inquo& propheta extiterit maior. Secundum est exercitium virtutum in duplici vita, actiua & contemplatiua, quid scilicet vtraq; sit, quibus iuuentur proficiantur quantumuè durent. Tertium est actus delectabilis & à Deo consensus virtutum exercitio in vtraque vita, & vocatus raptus?

Ad Iacob Lyam Rachel & prolem. Psal. 67. c.

Rex virtutum dilecti dilecti & specie domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ & posteriora dorsi eius in pallore auri.

TEXTVS.

De prophetia CVm oraculis Prophetarum iuuentur tradita omnia, & illis innitatur fidelis omnis, perfectionemq; adeptam in altera vitarum cōtēplatiua vel actiua exerceat, vndè sæpè præ cordis munditia, raptus suauis sequatur ad fidelis eruditionē quam intendimus, hæc tria exponere multum iuuabit. 2.

Prophetia quid. Prophetia est cognitio actualis futurorum contingentium, vel eorum quæ præcesserunt certa, cui falsum subesse non potest. 3.

Vnde sit prophetia. Non à natura nec ullo humano opere sed à Deo medijs Angelis reuelata. 4.

Quomodo fiat prophetia Fieri solet, non intuendo diuinam essentiam, sed quasdam similitudines, diuino lumine illustratas continentes, velut specula reuelantia; sunt autem hęc aliquando sensibiles, imaginariæ aliquando. 5. Fit etiam

quan

quandoque per solam diuini luminis influentiam, adiudicanda ab alijs somno vel vigilia intuita. Prima alienationem à sensibus causat, non tamen secunda; Secunda verò est dignior prima. 6. Omnis prophetia, vel est prædestinationis, vel præscientiæ, vel comminationis Dei. 7. Gradu prophetiæ quatuor colliguntur, Primus cum similitudinibus futura cognoscuntur. Secundus cum audiuntur verba. Tertius cum apparet & videtur alloquens, & quartus cum alloquens in specie digniori apparet, scilicet Angeli vel Dei repræsentati per Angelum, Hic vltimus gradus alios superat.

Fit aliquando per illuminationem internam. *Quotuplex sit prophetia* *Quot gradus prophetiæ.*

8. Cumque ad fidem manifestandam iuuandam & roborandam communicetur prophetia secundum temporum successionem debuit crescere & creuit illius cognitio, sicut & fides manifestior facta est tempore Moysi & prophetarum & clarior tempore gratiæ legis. 9. Ex Prophetis, omnes Moysen celebriorem faciunt, multis de causis, Hæc de Prophetia.

De augumento prophetiæ *Quis propheta maior.*

10. De humano nunc studio agendum & de virtutum exercitio nostri in contemplatiuam & actiuam vitam diuidunt.

11. Vita contemplatiua est quæ veritatis cognitioni occupatur tota, & inflamatur illa; sicq; in intellectu & affectu consistit, disponiturque moralibus virtutibus, quibus passio vehemens impeditur exteriorque sedatur tumultus. 12. Actus illius est veritatis contemplatio, ad quam varijs operibus ascendimus, lectione, auditione, oratione, meditatione, consideratione & cognitione. 13. Et gradatim procedendo in hunc modum ad Dei contemplandam & Dei summè diligendam veritatem ducimur. Primo disponimur virtutibus moralibus secundo alijs iam traditis actibus, Tertio diuinorum effectuum contemplatione, & quarto in veritatem ipsam trahimur contemplandam. 14. Actiua vita est, quæ fraternę charitati exterius occupatur, cui deseruiunt, morales virtutes, quæ (Aristo. autore) ad fęlicitatem actiuam lordinantur.

Vita contemplatiua. *De actu contemplat.* *De actibus Contemplat.* *De actiua vita.*

15. Quam potius prudentia, adiuncta doctrinæ efficit, eoq; ac tiua vita circa prudentiam & doctrinam occupari potiu debet. 16. Cessat vita actiua, deficiente corpore, contemplatiua perficitur in gloria. Hæc dignior illa,

Quibus perficiatur. *De duratione vitæ.*

illa, & per se magis meriti & delectationis. 17. Adeo vt raptum Deo concedente causet.

Est aũt raptus, alienatio quædam à sensibus, à Deo cõcessa ad supernaturalia cognoscenda. In quo anima non separatur à corpore, sed informans illud præter vitã, operationem aliquã senulem vel vegetabilem transformata non potest exercere. Cupit solum dissolui à corpore mortis huius, & gaudere cum Christo.

R. Ezechiel. 1. 6.

Et similitudo hominis in eis & quatuor facies vni & quatuor penne vni & pedes corũ pedes recte & planta quasi pedis vituli & scientille quasi eius candentis.

IN CAPVT DECIMVM
De statu & perfectione virtutum.

ANIMADVERSIO.

Qualis cuiq; hominum virtutum gradus & perfectionis status competat docetur in hoc capite diuiso in tres partes. In prima quomodo Episcopis apex et perfectio virtutum competat, ac propterea quomodo Episcopatum nec appetere nec & acceptatũ deserere nec per religionis ingressum nec corporis persecutionem liceat sed animum pro ouibus offerre & eisdem bona temporalia elargiri, In secunda quomodo religiosis incumbat semper ad perfectionem tendere, facta votuum professione; propterea priuilegia concedantur, ad pia opera vocantur; quibus intenti, & mendicare licet, & victus vestitusq; pauper debetur eisdem, presertim cum careant omnes proprio, & exercitijs spiritualibus occupentur. In tertia ceteris hominibus naturæ proponitur vinculum vt virtutem saltem attingant si ad apicem tendere timent.

Ad studiosum Psal. 83. b.

Beatus vir cuius est auxilium abste aßensiones in corde suo disposuit in valle lacbrymarum in loco quem posuit, ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in syon.

TEXTVS.

Qui virtutis perfectioni intendere debeant.

QVamuis fidelibus omnibus ad hanc virtutum perfectionem tendere, & illam competat apppetere Ducibus & Ma-

Magiſtris cœterorum prę ſertim, ratione ſtatus & Dignitatis, quantum fieri poteſt illam intendant oportet. Caput enim languidum, & cor moerens, totum meſtitiæ afficiet corpus, exhilaratur tamen & pulchreſcit perfectis exiſtentibus iiſdem. Gaudent pariter omnes fideles, in pulchritudine Principum & perfectione maiorum.

Quam ſacri Theologi ſecundum incipientes, proficientes, & perfectos diuidunt. 2. Epiſcoporum ſtatus perfectorũ eſt, 3. Propterea Epiſcopatum appetere illicitum creditur, cum ad tantam perfectionem ſemper indigni videamur 4. Vocati tamen à ſuperiori ad munus Epiſcopale, non modò non licet acceptare; verùm recuſare illud, reputatur illicitum. 5. Similiter & acceptatum, propter religionis ingreſſum ſine Romani Potificis facultate: 6 Vel propter perſecutionem illud deſerere; ſalus enim animarum, corpori proprio eſt præferenda, cum bonus Paſtor & ſummus, vitam dederit pro ouibus ſuis. 7. Quod ſi vitam exponant corporalem propriam, ſaluti animarum; etiam & bona eorundem, indigentibus offerre debent vt à miſeria releuentur & patris, & fidelis diſpenſatoris officium impleant. 8. Eo quantumuis ex regularibus inſtitutis aſſumpti ad dignitatem Epiſcodalem, proprium poſſidere licet eiſdem. An vero ad alia regulę profeſſæ inſtituta ſeruanda teneantur diffinire non audeo.

9. Proficientes in perfectione, religioſi dicuntur quod ad illam anhelare omnibus modis, appetere & inquirere debeant. 10. Non quod euangelica conſilia obſeruare, ſed tria illa vota Monaſtica, & ad quæ voto ligantur. 11. Quorũ trãſgreſſio grauior eſt in religioſo, quam in ſeculari; ſicut & obſeruantia, maioris meriti. 12. Quoſdam iuriſdictionis actus exercere, licitum eſt illis, iuxta conceſſa à Pontificibus ſummis. Religioſis enim ab ſtatu & officio, non conuenit aliqua iuriſdictio niſi in eccleſiæ vtilitatem. 13. Ob quã ad prędicationes, audiendas confeſſiones, negotia ſpiritualia exercenda, & multas Eccleſiæ neceſſitates tractandas, ſæpè à maioribus & minoribus ſæculi vocantur. 14 Quibus occupati exercitijs, & Domino exiſtente eorum hæreditate, negabit quis eleemoſynam petere & ad menſam Domini accedere non licere? 15. Præſertim cum victus & veſtitus competens pauperrimo ſtatui,

Ad virtutis apicem tendẽtes triplicantur.
Epiſc. ſtatũ poſſi. per fectorum.
Epiſcopatũ appetere non licet.
Vocatus ad epiſcopatum non debent recuſare
Propter religionem epiſ. non licet deſerere.
Ob perſecutionem non licet epiſ. deſerere
Bona epiſcoporum ſunt pauperum
Relig. epiſ. diſpenſantur tantũ in paupertate.
Religioſi ad tria tantum vota ligatur
Religioſus ex voto grauius peccat.
Relig. ex priuilegio poſſunt multa.

Relig. victus & vestitus debetur pauperibus iuræ naturæ negari non possit. 15. Iuxtà exercitiorum diuersitatem, diuersæ sunt à maioribus nostris institutę religiones. 17. Hoc aũt cõe habent à sua institutione religiones vt nisi in cõmuni proprium non possideant, nostra Franciscana excepta, quæ & in cõmuni proprio priuat suos rei vsum simplicem cõcedens. 18. Religiõnem ingrediens Diuinis præceptis, & ecclesiasticis cõmunibus statutis debet esse instructus optimis naturæ dotibus, & animi ornatibus illustratus, quod ad multorum exemplum, & ad sortem Domini (postulãtis meliora) vocentur. 19. Professionem solemnem ante annos sexdecim non potest emittere, nec emissam deserere, vsq; in finem, ni forte à Pont. transitus ad aliam, vel egressus conceditur. 20. Qui & si aliquando bene succedat, sæpius in proprium vergit nocumentum corporis & spiritus & religionum discordię. 21. Quas conseruare, & augere cupientes pręlati maiores Christi & Sanctorum exẽplo, religiosos statim in interiori homine renouare, & in omni semita perfectionis, verbo & experientia instruere procurent. 22. Postmodum sacrarum litterarum studio occupare eosdem, vt quem concipiunt spiritum, litterarum ornatu cęteris valeant impartiri vt nõ sibi sed & omnibus videantur prodesse. 23. An vna religio, & quæ sit altior, & perfectior altera, nolo inquirere; Tum quod religiosus à propria vita & actu potius, quam à religione perfectiori, Iudicatur à deo. 24. Incipiẽtiũ statum, sæculares mũdani possident, Qui cũ tantis retardentur negotijs quotidie dicunt (& vtinam ego nunc supra & audirem, sentiremq; sequentia) Mutatio dextere excelsi. Quam de alto mittat, prę camur, vt incipientes releuet & illustret, proficientes ducat atq; roboret. Perfectos conseruet & fœlicitet, omnesq; sua coronet & ditet præsentia, amen.

Religionum diuersitas

Relig. nõ possidẽt propriũ

Ad religionem veniens virtute & natura ornetur

Relig. quãdo profiteri debet.

Religiosos nocet religionẽ aliam adire.

De religiosorum instructione.

De exercitio literarum.

Quæ religionũ sit potior

Christiani reliqui incipientes sunt in perfectione acquirenda.

Studiosus Isai. 5. a.

Cantabo dilecto meo canticum Patruelis mei vineæ suæ, vinea facta est dilecto meo in cornu filij Olei.

Finis secundi libri de virtutibus in spetie.

LI-

LIBER TERTIVS SECTIONIS SECVNDAE.

DE SACRAMENTIS, ET EORVNDEM perfectiſſimo fine ac Chriſtiana fœlicitate.

Ad Lectorem Præfatio.



Irabilia opera tua,& anima mea cognoſcet nimis (Deum alloquens ait propheta) quæ feciſti in cœlo & in terra, in cœlo ſurſum & in terra deorſum. Sed quæ? gloria beatorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit; Pœna itidem damnatorum, quam nec anima ferre, nec corpus pati, niſi Deo Iubente, & prouidẽte poſſit. Hæc ſunt mirabilia Dei diligenter diſcuſſa, ab his, qui & naturæ contulere, & homine digna operari ſtudent. Hæc ſunt quæ ſummopere ab oraculis prophetarum, memoranda ſuadentur. Et quæ tibi obſeruanda lectori proponuntur. Recta itidẽ, & vnica via ſacramentorũ tradita, qua gloriã attingere & pœnã valeas declinare. Quæ oĩbus vt clariora & faciliora reddãtur in capita vndecim diſtribuimus. Tradẽtes primo quæ de Sacramẽtis in genere referũtur, Poſtmodũ per capita ſeptem, quæ ſingulis quadrant ſacramentis. Tandem ad finem, & ſacramentorum, & noſtrum tractandum peruenimus per capita tria. Fac quæſo ſis memor finis, vt quæ tibi ſunt propoſita media poſſis facilius proſequi, & laurea coronari cum cœteris.

Dei opera excelſa

Gloria inenarrabilis

Pœna exuperans.

Sapiens memoratur futurorum.

Sacramenta ad ſalutem neceſſaria.

Distributio libri.

Coronantur implens omnia.

IN CAPVT PRIMVM

De Sacramentis in genere.

ANIMADVERSIO.

De sacramentis in genere, tria differuntur in hoc capite. Primo quomodo illis so- solis voluerit Deus homini consulere, quod sint septem, & quid sint. Secundo quid comune habeant inter se, scilicet quod rebus & verbis consient, gratiam confe- rant, Ministrum proprium habeant, à solo Christo sint instituta, quod gratię iam accepta aliquid semper addant, quod denique tria carecterem imprimant, sintque ini terabilia. Tertio quomodo his nouis sacramentis euangelicis, antiqua euanuerint, data legi naturæ, legique scriptę contra originale tantum peccatum, non contra ac- tuale sicut euangelica sacramenta proffiduint.

Ad Christianum Pro. 9. a,

Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas & proposuit mensam, misit ancillas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, venite, comedite, bibite relinquite infantiam.

CAPVT PRIMVM

De Sacramentis in genere.

De sacramentis in genere. QVæ omnibus hominibus, quę fidelibus hactenus dictum est, Nunc quę præcisè christianis (ad quos reducuntur omnes saluandi a Christi aduentu & sufficienti prædicatione euangelij eius) pręter tradita competant videamus. Quos diligens, præceteris Deus, maioribus accumulauit diuitijs, & excellentioribus recreauit sacramentis; vt abundantiori accep ta gratia, ſecuriores in extremo & communi iudicio, & fœli- ciores in operum pręmijs recipiendis videamur. Duo itaq; docenda restant christiano, sacramenta tàm in genere, quàm in specie; commune iudicium omnium hominum, cum sententia meritis vel demeritis prolata diuersis pręmiorumque natura.

Solum sacramentis voluit Deus homini consulere 2. Homini ergo iam tantis instructo, & si alio quam sacramẽtis, fœlicissimum præmiũ dare potuisset noluit nisi per illa conferre, quod & sapientiæ Dei & nostræ miseriæ, iuxta sanctorum placita ita fieri conducebat. *Sacramenta septem sunt.* 3. Sacramenta aũt christianis tradita sunt numero septem, Baptismus, Confirmatio, Or

do,

do, Pœnitentia, eucharistia, Matrimonium, extrema Vnctio, vt septem vitia capitalia fugentur, virtutes septem roborentur, dona perficiantur identidem septem, 4. His vna diffinitio assignatur communis, sacramentum est signum sensibile, gratiam vel effectum Dei gratuitum; ex institutione diuina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris, sunt illis communia ista. 5. Primum quod rebus & verbis siue formis constent, licet differentibus iuxta effectuũ differentiam. 6. In quibus nichil potest à quoquam immutari, nec additio distrahens à significatione sensu & institutione, potest apponi in formis. Secundum quod gratiam (à Deo effectiue & à Christo meritoriè causatam) efficienter conferāt idq; ex pacto, & institutione diuina. 8. Tertiũ q̃ à ministro debito, siue bono siue malo cum intentione saltẽ ecclesiæ matris conferantur. 9. Quartum quod potestate excellentiæ, & authoritate capitis ecclesię omnis nulli alteri cõmunicata sint omnia sacramenta à Christo solo immediatè instituta. 10. Ita vt alteri, similem auctoritatem communicare non possit. Sed bene ministerialem, ad aliqua de sacramentis, disponenda in stitutione semper prima & essentiali immutata manente. 11. Quintum quod illorum gratia aliquid ad peculiarem effectum supra gratiam communiter dictam virtutum atq; donorum semper superaddat. 12. Quod iterari non possint, caracterẽ que imprimant Baptismo, confirmationi & ordini. 13. Quod iterari valeant, Caracteremq; non imprimant quatuor conuenit. 14. Est autem caracter signaculum, hominũ voluntati impressum indelebile, quo ad spirituale aliquod traditur sibi potestas. 15. Quibus omnibus adeo Illustris, tota Christianorum ecclesia redditur, tantaq; perfectione christianus decoratur; vt iam alijs non egeat sacramentis. 16. Quinimo horũ splendore, quasi vmbrę, & nebule euanuer unt antiqua. 17 Quæ cõsulẽs Deus hoibus oĩbus in lege naturæ & fidelibus in lege scrip ta instituerat iuxta Gregorij sentẽtiã in salutẽ illorum. 18. In lege namque naturę fidem externo signo protestatam in remedium culpæ originalis. 19. In scripta lege circumcisionẽ in gratis datam habeant cupientes saluari. 20. In remedium cęterorum delictorum, bulloin expressum sensibi

Quid sit sacramentum.

Quod rebus & verbis constet.

Quod gratiã causent.

Quod à ministro debito conferantur.

Quod à Christo instit.

Quod nulli possit instituendi sacramentum auctoritas conferri.

Quod gratia sacramentalis semper aliquid.

Quod iterari non possint.

Quod quatuor valeant.

Caracter quid.

Quomodo sacramentis euã gelicis antiqua cessarunt.

De auctore & fine, Sacramẽti antiqui.

sibi

ſibile ſignum habeant, præter fidem & charitatem conceſſam diuinitus, quibus ad facienda digna ſacrificia Deo, illos primo informari opportebat.

Chriſtianus Iſa. 2. a.

Venite aſcendamus ad montem Domini & ad Domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius.

IN CAPVT SECNDVM
De Baptiſmo.

ANIMADVERSIO.

De Baptiſmo Tria proponuntur hoc in cap. tractanda, eſſentia, conſequentia ad illum, & ſolemnitas. Primum diffinitio, materia forma Certa & poſſibilis Miniſter deputatus & in caſu ſatis clare propoſita præſtant. Secundum eſt. varias baptiſmi effectus in non ficto & ficto explicatus, neceſſitas ſuſcipiendi baptiſmum ab adultis, & paruulis fidelium & infidelium filijs, etiam nondum omnino à maternis viſceribus egreſſis. Tertium eſt Patrini ad Baptiſmum vocati trina immerſio vel vna necnon vnctio baptizato facta etiam Baptiſmi ſolemnitas declarant, tantus figurarũ cumulus, & Ioannis baptiſma. Necnon quę ab illo, denominãtur Baptiſmata Martyrium & interna iuſtificatio, propter Baptiſmi aquæ excellentiam & ſolemnitatem.

Ad Baptizatum Apo. 21. b.

Dixit qui ſedebat in trono ecce noua facio omnia.

TEXTVS.

De Baptiſmo

AD ſingula iam facientes progreſſum, à primo & omnium ſacramentorũ ianua, totiuſq; ædificij Chriſtiani ſolido fundamento ſacro Baptiſmate ordiamur. Cuius hæc colligitur diffinitio. a. Baptiſmus eſt Ablutio hominis viatoris aliqualiter conſentientis, facta ab aliquo, in aqua ſimul certa verba cum intentione debita proferente, ſignificans efficaciter

Baptiſmus quid ſit.

citer

citer ex institutione diuina ablutionem animæ à peccato. 3 Materia huius sacramenti est aqua naturalis liquida non nix, non gelu, non grando, non distillata per Alchimiam, nec lasciuum. 4 Forma ab euangelistis exprimitur, expressio Trinitatis dicente Christo euntes docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. 5. Et quãuis Pronomen ego, nec idioma latinum, sit necessarium ad conferendum effectum Baptismi, aliquo tamen horum omisso Minister deputatus ab ecclesia peccaret grauissimè. 6. Et variando nomina personarum, dicendo ego te Baptizo in nomine genitoris, geniti, & spirati, 7. Necnon forma Græcorum vtendo baptizetur seruus Christi in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, quamuis verum conferret baptisma, grauissime tamen in ecclesiam delinqueret, cui minister quilibet conformetur opportet. 8. Quod si Trinitatis nomina interponeret, vel aliquam personam reticeret, aut omnes, dicẽdo ego te Baptizo in nomine Trinitatis. 9. Vel vt antiquitus concedebatur apostolis ego te baptizo in nomine Christi, inexpressis personarum nominibus, ordine inter easdem seruato; hæc temerarie tentans baptismum non conferret. 10. Quoniam Florentini Concilij Decreto, tria in Baptismi forma contineri debent, actus Babtizantis, Baptizatus, inuocatio expressa personarum Trinitatis. 11. Minister proprius deputatus, est sacerdos; & in necessitatis tempore omnis homo sexus vtriusq;, fidelis, hæreticus, & quilibet infidelis vtriusq; sexus. 12. Seruato tamen dignitatis ordine & status & sexus pluribus occurrentibus scientibus valentibus baptisma conferre cum minores maioribus debeant semper cedere. 13. Et contra facientes dummodo latino, aut proprio Idiomate formam exprimerent additis alijs requisitis, saltem intendentes quod Ecclesia verum conferunt baptisma, ipsi tamen quandoque peccarent. 14. Effectus tanti sacramenti est peccatum omne sed primo originale delere. 15. Omissis pœnalitatibus, ab origine tractis in exercitium. 16. Gratiam virtutesque omnes Theologicas, & morales omnibus conferre, & æquè si Alexandro Alensi & Angelicô Thomæ credimus. 17. Atque hæc ficto non existente

Baptismi. *De forma Baptismi.* *De nomine ego & Idiomate formæ.* *De variatione formæ.* *De forma Græcorum.* *De baptismo in nomine Trinitatis.* *De forma Apostolorũ.* *Tria requirit Baptismus* *De Ministro proprio.* *De occurrentibus Ministris.* *De non seruato ordine Ministrorũ* *De effectu baptismi de relict. pœnalitatibus.* *De [illegible] baptismalis æque.*

De fictione in baptismo suscipiente. 18. Cuius fictione recedente, per pœniten-
Caracter quid tiæ sacramentum exterius sumptũ, caractere remanente inte-
Baptismus interabilis rius impresso à suscepto Baptismate, & disponente effectus Baptismi recipitur. 19. Est enim caracter Baptismalis dispo
Baptismus obligat omnes. sitio ad gratiam, non tamen vltima cum detur ficto peccatori (non tamen incredulo) sine gratia. 20. Cumq; initerabi-
Omnes tenentur Baptismũ recipere. lis sit, baptismus quoq; iterari nequit, sub irregularitatis pœna. 21. Ad suscipiendum illud omnes tenentur, tum diuino prę cepto, tum naturæ, facta institutione, cum ad salutem (à natura semper intentam) ordinatum sit remedium vnicum. 22. Vnde de necessitate, omnes peccatores & etiã paruuli; ex præcepto, etiam Iusti debent baptizari. Quod ergo apud Aug. legimus, apostolos baptizatos; apud Chrisostomum, Ioannem Baptistam, & apud Scotum. Forte Virginem Matrem, mirandum non est, cum Iustorum sit omnem implere iustitiam;
De Baptismo adultorum. 23. Verum adulti peccatores, Baptismum recipere cupientes, peccatorũ & vitæ præteritæ displicẽtiã habeant, oportet credantq; fide propria, quæ est totius etiam ecclesiæ iuxta mãdatum Christi. 24. Paruuli vero ab actualibus immunes
De Baptismo Paruulorum. peccatis, nec displicentiam nec fidem profiteantur propriam est necesse. Sed in fide ecclesiæ vel Christi, deficiente per impossibile ecclesia & non in fide parentum aut patrinorum baptizantur verè, & saluantur. Illa enim ecclesiæ fides, per
Baptizati non sunt interrogandi de seruanda fide. patrinos explicata interpratatur propria paruuli. 25. Quo fit vt ad vsum rationis peruenientes, non sint de fide seruanda interrogandi; sed ad obseruantiam fidei compellendi, 26.
Filij infideliũ ad baptismum deberent trahi Etiam & infidelium filij inuitis parentibus baptizati, quod pie suadent quidam & charitas ad faciendum hortatur, vt ab iniquo & patre crudeli, tollatur filius ne pereat inæternum. 27.
Paruulus ante totũ egressus ex vtero potest baptizari. Nec expectandus est paruuli totus egressus, à maternis Visceribus, ad conferendum illi Baptisma cum periculum imminet; 28. Sicut nec lucidum furiosi interuallum; cum constet in aliquo interstitio exoptatum ab eodem furioso, sacrum Baptis-
De Baptismo furiosi. ma. 29. Ille tamen in aliqua præmittente corporis parte baptizatus, iã egressus ab vtero est sub conditione iterum Bapti-
De Baptismo facto in vna corporis parte. zandus si dubium oritur de baptismo collato. 30. Patrini Baptizati cuiusq; ad solemnitatem tantum vocantur sacramẽti, con-

ti, contrahitur tamen cognatio spiritalis dicta Paternitas cum Patrino tenente, Baptizante & Baptizato etiam, & alia compaternitas nominata inter Baptizantem Patrinum tenentem, & baptizati parentes. Inter filios Baptizantis, patrinorum & baptizatum alia quoq; affinitas oritur fraternitas appellata, Quæ post Tridentinum Concilium non impedit nec dirimit matrimonium 31. Trina quoque immersio vel vna Chrismate tres corporis partes inungere, tantum solemnizant sacramentum & illius dignitatem commendant.

De Patrinis & cognatione spirituali.

32. Ad quam declarandam non modo crebræ Iudeorum lotiones, & Hebreorum Baptismata. 33. Verum etiam Ioannis baptisma præcessit corpus tantum lauans, suasa pœnitentia peccata remittente sicq; Baptizati baptismo Ioannis, baptismate Christi lauari tenebantur. 34. Precedunt & modo apostolica traditione, sacramentalia dicta, Cathechismus & exorcisismus. Quorum priori baptizandus in fide instruitur, posteriori Diaboli potestas ab eodem Baptizando expellitur à priori cathecumini, à posteriori energumini vocantur. 35. Præter hoc aquæ baptisma, duo alia traduntur baptismata, sanguinis vnum & flaminis alterum. Illud per Martyrium hoc per contritionem, & Spiritus Sancti flatum computatur, & vtrumq; remissis peccatis gratiam confert habentes baptismũ aquæ in voto, & proposito firmo, tempore concedente. 36. Nec eo putes baptismum aquæ, simpliciter præferendum cæteris, cum adinuicem collata sicut excedens & excessum se habeant, & prædicentur.

De trina immersione.
De figuris baptismi.
De baptismo Ioannis.
De sacramentalibus cathechismo & exorcismo.
De baptismo sanguinis & flaminis.
De excellẽtia baptismorum

Baptizatus Psal. 50. b.

Asperges me Domine Hissopo, & mundabor lauabis me & super niuem dealbabor.

IN CAPVT TERTIVM

De Confirmatione.

ANIMADVERSIO.

Reducuntur ad duo quæ in hoc cap. de Confirmatione disseruntur, naturam & effectū. Primum diffinitio tradita, Materia & forma apostolorum & materia explicatis, præstat legenti. Secundum gratia, & robur in fidei constantia eandemq; propalan dum manifestant.

Ad confirmatum Apocal. 7. a.

Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui & clamantem signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

TEXTVS.

De confirmatione. IN Christi militiam per Baptismum homo vocatus, & constitutus, armis ad hostium cuneos reuincendos per confir-*Confirmatio quid.* mationem insignitur. 2. Describitur namq; confirmatio, vnctio hominis viatoris aliqualiter consentientis, vel libero arbitrio nunquam vsi, facta in fronte, in figura crucis, cum Chrismate sanctificato, à ministro idoneo, simul cum intentione debita iungente, & verba certa proferente significans efficaciter, ex institutione diuina, vnctio nem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum constantia, fidem Christi.

Materia confirmationis. 3. Materia huius sacramenti est Chrisma, ex Oleo & Balsamo conflatum. Quod Fabiani testimonio fieri docuit & præcipit Christus Apostolis in Cœna & hactenus ob-*De Benedictione materiæ Confirmationis.* seruatum. 4. Materia huius sacramenti, hoc habet peculiare, vt primo benedicatur & consecretur ab Episcopo. An vero illam possit sacerdos benedicere, ex commissione *De ministro benedictione materiæ.* Papæ non auderem affirmare, Multo minus ex officio, id

posse

posse simplicem sacerdotem. 6. Forma est expressa in Concilio Florentino, sub his verbis, signo te signo crucis, confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. 7. Apostoli tamen Deo dispensante, nec illa materia, nec hac forma; sed per manus impositionem, confirmabant credentes, super quos videntibus omnibus descendebat, quandoque Spiritus Sanctus. 8. Necessitate verò fidem ampliandi cessante, cessauit miraculum atque dispensatio. Et ad institutionem Christi, ac normam dandi sacramentũ hoc, redierunt Episcopi. Qui ministri sunt proprij huius sacramenti, & nullo modo simplici sacerdotes, vt quidam falso putarunt, ex officio illis competere, nisi forte ex Romani Pontificis commissione. 9. Effectus est gratiam conferre roborantem, ad confitendum Christum. 10. Suscipere illud ante vsum rationis prohibitum est, susceptum tamen iterari non potest.
11. An vero in suscipiente, nouam gratiam generet, à baptismali distinctam, & An augmentum gratiæ, ad robur præstandum in confitenda fide discutiendum relinquo.

De forma & firmationis.

De confirmatione apostolorum.

De confirmatione nostra.

De effectu.

De suscipiẽte.

De peculiari effectu.

Confirmatus Cant. 5. d.

Surge aquilo veni auster perfla hortum meum & fluent aromata illius.

IN CAPVT QVARTVM

De Admirabili Sacramento Euchariltiæ.

ANIMADVERSIO.

Tot tantaque de hoc mirabili Sacramento proposita hoc in cap. ad duo redigamus in summa, Sacramenti essentiam, & ritum. Sacramenti essentia in præsenti cap. explicatur, diffinitione Sacramenti auctore, duplici eiusdem materia, & forma consecrationis panis, & vini, & aqua miscenda nec non specierum, & corporis Christi existentia, intellectu difficili, traditis etiam, & ministro proposito. Ad ritum Ecclesiasticum consecrandi hoc Sacramentum in sacrificio Missę, reducuntur reliquaque de sumptione sub vna, & sub duabus speciebus facienda, & de retrahentibus ab illa, quęue de effectibus, & nominibus tanti admirabilis Sacramenti dicuntur atque etiam quę de vnione diuina in anima, & corpore communicanti feruntur. Quę omnia quanta sint commentaria indicabunt.

Ad conuiuas Matth. 22. a

Ecce prandium meum paraui tauri mei & altilia occisa, & omnia parata venite ad nuptias.

TEXTVS.

De Eucharistię Sacramento.

CVm congressus in hostes accerrimus, cruentus, atq; continiuus fortes debilitet. Quid mirum, si nos luteas domos habitantes, quantumuis confirmationis armis insigniti, inter

De causa institutionis Eucharistię.

continua bella ciuilia, & Diabolica debilitemur quandoque nutrimento vires reparari egeamus? 2. Propterea Dux militiæ Christus, salubrem annonam omnibus est largitus, qua perdita resarcire, & maiores vires ad bellandum continuó recuperare possemus.

Eucharistia quid.

3 Est autem annona illa Sacramentum corporis & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini contenti, facta consecratione à sacerdote, determinatis verbis, cum

De autore Eucharistię.

intentione debita, ex institutione diuina, significans corpus, & sanguinem Christi sub speciebus illis re & vere contineri. 4. Huius Sacramenti institutio, facta est à Christo in cæna, In amoris signum, perpetuamq; mortis suæ memoriam, seculis omnibus relinquendam, in complementum deniq; figurarum, antique

antiquæ legis, præsertim Abel, Melchisedech, & Abrhaæ. 5 Materia huius Sacramenti est duplex, sicut & partial a Sacramenta, vnā Eucharistiam, integrantia & vnum Sacramentum totale efficientia. 6. Corporis consecrandi materia, est panis triticeus, victui humano accommodatus in cibum. 7. Vnde ex nullo leguminum genere panis confectus, huius sacramenti materia esse potest. An vero hordeum, far, siligo, milium, spelta consecrationis corporis Christi sint sicut & triticus, cum sint frumenti etiam species, quidam affirmant, alijs etiam negantibus; Ego vero cum Florentino Consilio, his omissis tantum panem triticum propriam esse crederem consecrationis materiam. 8. Et hunc, azimum, iuxta latinorum ritum, à Christo datum & apostolis traditum & acceptum. 9. Non quod & in fermentato, consecratio fieri nequeat, cū Græcis id conceditur, grauiter tamen latinus minister in fermentato pane consecrando, peccabit. 10 Hic panis ita præsens esse debet, vt verè illum iuxta significatum formæ valeat demonstrare minister. Tantæ etiam quantitatis maioris vel mineris, quanta humano iudicio, præsens adiudicatur, & forma panis cognoscitur. 12. Materia consecrationis vini est vinum vitis, non mala granatorum, morarum; nec acetum, nec alterius generis vinum. 13. Miscetur consecrando vino, aqua necessario, testimonio Alexandri Papæ, tū propter Christi institutionem, tùm propter significationem fluxus sanguinis, & aquæ de Christi latere, & totius populi vnionem significandam. 14. Hæc autem aqua in parua quantitate apposita, in vinum conuertitur, primo; post, vinum in sanguinem, sicq; de illa, sicut de vino (Innocentio autore) iudicandum.

15. Sicut duplex materia, duplex quoq; traditur forma 16. Consecrationis forma Panis, creditur ista præcise. Hoc est corpus meum. Qua & Christus est vsus, & consecrauit aduerbium tamen, enim, non est necessarium. 17. Consecrationis vini, forma traditur ista. Hic est Calix, Sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Priora verba conuersionem vini in sanguinem, posteriora vim effusi sanguinis denotant. Omnia tamen de essentia, & substantia consecrationis traduntur. 18. Et dicuntur à Sa-

De materia Eucharistiæ.
De materia Corporis.
Quid non sit materia Eucharistiæ.
De qualitate materiæ Eucharistiæ.
De materia Græcorum.
De presentia materiæ.
De quantitate materiæ.
De materia sanguinis.
De aqua miscenda.
De aqua vino mixta.
De forma duplici.
De forma cōsecrationis corporis.
De forma cōsecrationis vini.

cerdote, non assertiuè tantum, nec recitatiuè tantū, sed assertiue & recitatiue simul. Cum consecrans, Christi personā induat. 19. Vnde pronomen demonstratiuum hoc, vel hic, nec demonstrat corpus Christi, nec panem, nec substantiam panis, sed cōtentū sub speciebus, quod demonstratur corpus Christi in vltimo prolationis verborum. 20. Fit namq; in instanti, diuina assistente virtute, hæc transubstantio, totius sūbstātiæ panis & vini, in verum corpus & sanguinē Christi, sub speciebus panis & vini. 21. Per se & separatis remanentibus speciebus sine subiecto proprio, & alieno:

Fundantur tamen omnia accidentia illa, in quātitate quæ substantia propria desinente sub illis speciebus continetur. 22. Possunt nihilominus species illę corrumpi, & ex illis aliquid generari, corpus nutriri videmus, & immutare exterius. Qua vero virtute, quoue modo ignoramus, quicquid dicant nostri doctores. 23. quod verò frangantur species, quātitati tribuimus. 24. Ita quod maneat semper Christus, totus in tota specie, & totus in qualibet parte eius, modo quodā mirabili, semper, ante & post partitionē, propria quantitate seruata, Christi & accidentibus alijs. 25. Quinimo mouetur motis speciebus, sua tamen voluntate, non propter colligentiā aliquā, 26. Et suas in isto sacramēto operationes exercet, cū pp respectū psētiæ nō varieť Xps. 27. Vnde si in triduo passionis Xpi, cōsecrata hostia, reseruata fuisset; q̄ ī cruce, & ī hostia passus esset. 28. Quæ omnia, & totam illius sacramentalem præsentiam Christi, cum lumine naturæ non valeamus attingere, superna illustrati fide consequimur, beati lumine gloriæ etiam & naturali, talia valent cōspicere quamdiu in sacramēto est. 29. Nā sub speciebus existit corpus christi, quandiu durant species panis siuæ integræ siue diuisæ, manet .n. ibidem corpus christi virtute consecrationis qua substātia panis in corpus christi trāsubstantiatur. 30. Sic quidē vtendum est in noua mutatione substantiarū. Vnde hæc conceditur, ex pane, fit corpus christi. Ista vero negať, de pane fit corpus; qm̄ denotat tm̄ ordinē prioris & posterioris; hoc ē vnā alteri succedere vna in aliā cōmutata, & vna ex altera facta. Nō.n. de substātia panis, fit corpus Xpi; sed post substātiā panis, sequiť immediate corpus christi. 32. Minister huius sacramēti sacerdos ē cōstitutus, bonus, malus, hæreticus, schismaticus, excōmunicatus siue degradatus.

Pronomen hoc quod demonstret.

Transubstantiatio in instanti fit.

De separatione specierum ab omni subiecto.

De effectu specierum.

De fractione specierum

De existentia Christi in hostia.

Quomodo moueatur in hostia Christus.

De operationibus eiusdem in hostia.

De consecratione in trid.

Quomodo intelligat mysterium.

Quomodo speciebus durantibus sit semper Christus sub illis.

De nomine transubstantiationis.

Quomodo cōcedatur

33. Qui & si solus consecrare possit, occurrente necessitate diaconus valet illud ministrare, sacerdote absente. 34. Ritus cõsecrãdi tantũ sacramentũ, conueniens ab Ecclesia in sacr ficio missæ ordinatur. 35. Quę in tres partes diuiditur in præparationem, Eucharistiæ consecratione, & consecratæ cõmunione. 36. In qua & si non possit obesse malus sacerdos. 37. Nihilominus vitari suadetur, vt se indignus haberi consi derans retrahatur à vitijs. 38. An vero missa tãtũ prosit pluri bus applicata, quantũ vni, disceptant theologi. 39. Ego vero sẽper pro pluribus illã offerri consulerẽ, nullo tẽporali præmio expectato. Nõ negabo tñ plus vni ꝓdesse, q̃ pluribus applicatã. 40. Ordinatur hæc missa, non ad solam sacramenti cõsecratio nem faciendam; verũ ad cõmunicationẽ, & sumptionẽ, propte rea iam de sumptione agamus. 41. Quæ duplex est, vna spiri tualis per gratiã, alia sacramentalis per realẽ sacramẽti sumptionẽ, à bonis in salutẽ, à malis in iudiciũ acceptã; boni. n. realiter, sacramẽtaliter, & spiritualiter; (vt doctorũ vtar verbis) mali realiter, & sacramentaliter; animal brutũ, tantũ realiter; sicut fide cõmunicantes, tantũ spiritualiter, sumunt. 42. Omnes ad vsum rationis peruenientes, confessione sacramẽtali, & debita animi pręparatione saltẽ semel in anno pręcepto ecclesiastico coguntur hanc cõmunionẽ facere. 43. Sub specie tantum panis; & si sit consecrans sacerdos, sub duabus speciebus panis & vini Christi exemplo. Qui consecrans propriũ sacramentum, sub specie vtraq; sumpsit. Quod vero Apostolis sub vtraq; specie impassibili quodammodo porrexerit, non est in exemplũ tradendũ; vt inde ducamus consecrantẽ consimilibus sacerdotibus conferre posse, aut debere sub vtraq; specie sacramentum cõmunicare. Hoc. n. tantũ consecrati licet. 44. An vero Iudæ sicut Apost. cæteris in cęna, fuerit ministatũ hoc sacrameẽtũ inter Hilariũ & Aymonẽ, & alios vtriusq; factionis disceptatur. Ego vero Christi summa bonitate, & natura pensata, Aymoni Hieronimo Aug. adhęreo ac reliquis affirmanti bus, Iuda cõmunicatum fuisse hoc sacramentũ in iudicium tamen, cum iam scęlus animo perpetrasset.

45. Ab hoc. n. sacramento, peccatum mortale ante omnia retrahit 46. et peccati speciẽ habentẽ, velut nocturna pollutio in cã peccatũ. 47. Cibus & potus in sanitate præassumptus, &

pane fit corpus Christi. De ministro huius sacramenti. Quod Diaconus possit ministrare in casu. De ritu consecrationis in dest missa. Missæ diuisio. Malus sacerdos non obest missæ. Malus sacerdos vitandus. Quibus possit missa. Quod pro pluribus sit dicenda potius. Missa ad cõmunionẽ ordinatur, & sumptionem. Multiplex Eucharistiæ sumptio. De præcepto cõmuni Eucharistię sumendæ. Sumptio quibus speciebus facienda. Si sumpserit Iudas. Quid ab hoc sacramento retrahat.

rationis defectus. 48. An vero quotidie sumere, an ad tempus retrahi à communione vtilius sit, dubitat Augustinus. At doctor ille Seraphicus, ad tempus abstinere suadet, cùm in communione frequenti nihil experimur proficere.

De effectibus huius sacramẽtis, quomodo gratiam conferat. 48. Effectus huius mirabilis sacramenti, est gratiæ augmentum conferre, ad spirituale nutrimentum, cum iam dispositũ & gratum requirat sumentem. Quandoq; in casu gratiam primam largitur, faciens de attrito contritum. 49. *Quomodo peccatum deleat.* Hinc effectus sequitur secundus, peccatum veniale delere, & mortale in casu. 50. *Quomodo uitam æternam conferat.* Tertio vitam æternam conferre dicitur, pignore concesso, & semine, gratia, in quam, vitã pullulante æternam) 51. *Quomodo in sacrificium satisfaciet.* Tandem oblatum in sacrificium, satisfacit pœnam ei pro quo offertur, iuxta offerentis deuotionem. 52. *De mirabilibus huius sacramenti.* Alia ex his inferunt sacri prædicatores, dona & mirabilia quæ sanctissimum Sacramentum operatur in suscipiente. 53. *De multiplici nomine sacramenti huius.* Ex quibus digna colligunt nomina vt vim & effectus varios mirabilesq; explicent. 54. *De vnione huius sacramenti.* Hæc ergo illis tractanda relinquo, & quam faciat sacramentum hoc vnionẽ in suscipiente mortali. Nam in immortali & beatifico spiritu diuinam & beatificam visionem causare sit certum apud omnes vt & omnes saltem propter retributionem; ad reuerentiam & tanti sacramenti communionem commoueantur.

Psal. 77. Conuiua. Sap. 16. c.

Panem angelorum manducauit homo, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.

IN CAPVT QVINTVM
De Pœnitentia.

ANIMADVERSIO.

Proposita penitentia tractanda primo hoc in capite de illius natura disseritur & essentia; diffinitione statuta, materia propinqua & remota sacramenti declarata forma actu, ac ministro tàm ex officio, quàm ex commissione expositis, quibus tota sacramenti pęnitentię virtus & essentia satis manifestatur. Verum secũdo, tàm partes materiales, contritio, confessio, & satisfactio, quam formalis pars eiusdem sacramenti scilicet Absolutio, vti textus patitur exponuntur. Et tertio, cum absolutio fiat quandoq; virtute indulgentiarum, de illis agitur consequenter, vnde sint, quibus, quantumue possint, & sub quibus efferantur nominibus. Et tandem quarto, affirmatur hæc omnia potestati spirituali competere non tantum soluere sed & ligare, casus reseruando, excommunicando & dijs censuris & pœnis ecclesiasticis, fidelium semper vtilitati consulere.

Ad Pœnitentem Ezech. 4. b.

Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abhominationibus que fiunt.

TEXTVS.

1 QVantumuis lassus reparetur miles, & cibo nutriatur, nisi vulneratus mederi possit, quid proderit militare? Prouidus ergo Deus, sicut fatigatum pręlijs recreat Eucharistia, ita vulneratum ictibus hostium, curat pęnitentia. 2. Est autem pœnitentia duplex virtus vna, & altera sacramentum. 3. Illa est actus iusticiæ punitiuæ, dolens voluntariè de peccatis commissis, vna & prima virtutũ, â timore procedens. 4. Hæc secunda tabula post naufragium, ad salutem necessaria, est Absolutio hominis pęnitẽtis facta, certis verbis, intentione debita prolatis, à sacerdote iurisdictionem habente, ex institutione diuina, efficaciter significans absolutionem animę à peccato. 5. Vnde & si sacramentum pœnitentiæ sit totum aggregatũ ex actibus pœnitentis, & absolutione, consistit potius in absolutione qua completur sacramentum.

6. Sicq; Materia proxima sunt actus pœnitentis, quibus cõteritur

De pęnitẽtia

De duplici pęnitentia.

De pęnitentia virtu.

De penitentia sacramento.

Penitentia sacramentum in absol. consistit.

Materia proxima penitentię.

de multiplici

teritur confitetur, & satisfacit, quoniam sunt partes pœni- tentiæ. 7. Materia remota eiusdem sacramenti peccata mortalia vel venialia destruenda censentur, quod sint potius obiectum pœnitentis, destruendum: qua ratione etiã & peccati materia remota constituitur pœnitentiæ, originale peccatum cũ alterius voluntate contrahatur, habeatque iam baptismũ, materia non est pœnitentię.

Materia remota pœnitentiæ.

De forma pœnitentiæ. 8. Forma traditur in Concilio Florentino: Ego te absoluo, indicatiuo: & non deprecatiuo modo: quoniam solius sacerdotis euangelici est, verè absoluere à Christo concessum. 9. Vnde actus pœnitentiæ erit culpam vtranq; remittere, & reatum ad æternam pœnam, in reatum ad temporalem commutare. Qui quandoque summo dolore & cõtritione deletur omnino.

Actus pœnitentię remittens.

veniale alio etiam remit. 10. Verum venialis culpa & si pœnitentia, remittatur. etiã displicentia, & charitatis feruore deletur. Ad quæ excitamur aqua benedicta, confessione generali & alijs.

De ministro ex officio. 11. Minister est sacerdos iudex arbiter, habens vtranque spiritualem potestatem, ordinis & iurisdictionis. Super orbẽ totum, est Roman. Pontifex minister proprius, Episcopus super diocesim, curatus super particularem plebem 12. Ex commissione & priuilegio religiosi & simplices sacerdotes ministri esse possunt, approbari ab ordinario. 13. Qui omnes non semel tãtum sed millies, & quoties peccatur, exercere misterium possunt, & reiterare pœnitentiam. Qua maior vel minor gratia super additur priori deperditæ, iuxta pœnitentis deuotionem. Per peccatũ.n. mortificata opera, pœnitẽtia iterata reuiuiscũt

De ministro ex commissione & in casu

De pœnitentia iteranda.

De partibus materialibus pœnitentię. 24 Partes materiales pœnitentiæ numerantur, contritio, confessio, & satisfactio. 15. Contritio prima & potissima pars, est dolor summus cũ proposito confitendi de peccatis proprijs actualibus, propter Deum. Non tamen semper de actualibus. & singulis habenda est contritio, quum quãdoq; generalis peccatorum displicentia sufficiat. 16. Quæ si perfecta sit, & intẽsa non tm̃ culpã delere potest, sed & omnẽ pœnã. 17. Propterea in lege, tantopere præcipiebatur cõtritio, & in hac nostra ecclesiastica hierarchia cõtritio saltem semel in anno pigris, & in articulo & mortis periculo suadetur, & cũ confessione vera cõsequenter mãdatur, sacerdotibus vero ministrãtibus sacramenta, præsertim cõsecrantibus nõ tm̃ ecclesia sed & res ipsa,

De cõtritione

De effectu cõtritionis intenso.

De precepto contritionis.

ante

ante exercitium ministerij præcipit dignum examen conſcientię. Cæteris & omnibus ſuadetur contritio ſtatim peccato cōmiſſo. 18. Ad quā mouemur memoria maieſtatis offenſæ, perditæ gloriæ, miſeriæ & infelicitatis nobiliſſimæ animę, ſubiectionis Diaboli incurſę, & inferni pœnæ demeritæ.

Ad contritionem mouemur.

19. Secunda pars eſt confeſſio à Christo inſtituta, quæ in hūc deſcribitur modū. Eſt ſacramentalis peccatorum omnium accuſatio, ad indulgentiam virtute clauiū obtinendam. A fidelibus ſaltē ſemel in anno, & in mortis articulo, ſacerdotibus quoties celebrare intendunt occurrente culpa eſt neceſſario facienda diuino pręcepto. 20. Quo neglecto peccat grauiſſimè facti tñ memor, & cōterens vere ante cōſecrationē & ſacramēti cōmunionē gratiā recipit, quā nec negamus illi, qui non habēs cōfeſſoris copiā celebrare tenetur, conteritur tñ de peccatis cōmiſſis. 21. Religioſi & qui Deo placere ſtudent, frequentare debent cōfeſſionē, vt pericula, & inſidias dæmonū vitare poſſint, & animi quietē cū alijs effectibus eius conſequātur. 22. Super factā cōfeſſionē ferē abſolutio ſacerdotis, quā niſi caſu, aut ex cōmunicatione reſeruata impediatur, in pęnitentē contritū ꝓferre debet. 23. Pręſertim ſi omnia ad optimā cōfeſſionē requiſita poſſideat pænitēs, quę his cōprehenduntur, ſit ſimplex, humilis, cōfeſſio pura, fidelis, frequēs, nuda, diſcreta libēs, verecūda, itegra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata, & ſit parere parata

De confeſſione.
De facienda confeſſione
De confeſſione neglecta
De confeſſione religioſorum frequentanda.
De abſolutionem ſuper ueram cōfeſſionē
De requiſitis ad veram cōfeſſionem.

24. Tertia pars ponitur ſatisfactio, quæ eſt pęna volūtariæ aſſumpta, pro peccatis, Deo honorē reddēs, & quidē debita, ſi acceptatur, eaq; adimplenda ſub pęna peccati. 25. Satisfactionis opera ad orationē, ieiuniū, & eleemoſynā rediguntur, ſatisfaciunt tm̄ viui, ſatis patiuntur pro peccatis in purgatorio detēti.

De ſatisfactione.
Satisfactionis opera.

26. Forma harū materialiū partiū vt dictū eſt fertur Abſolutio, cujus eſt peccata remittere gratiam primam dare, pœnę tēporalis partem aliquam, quinimo totam pœnam luendam in Purgatorio remittere, per alterius ſatisfactionem.

De forma ſacramenti pœnitentię ſ. abſolutione.

27. Hanc remittendi pęnas autoritatē, habet eccleſia extra ſacramētū, virtute clauiū cōferendo indulgentias. Eſt aūt indulgentia remiſſio vel relaxatio iudicialis pęnę tēporalis, pro peccatis actualibus. 28. Facta à prælato eccleſiæ. 29. De cōmuni theſauro eiuſdem. 30. Quæ & viuis & mortuis 31. His per modum ſuffragij, illis per modum etiam autoritatis poteſt pro

De indulgentijs.
Quis poſſit indulgentias dare.

deſſe

De multiplici indulgētia. desse indulgentia ipsa. 32. Quocunq; concedatur et dicatur nomine, plenaria, plenior, plenissima, Iubileus, corona, quadragena, septena. 33. Quibus & confitendi datur facultas & à casibus reseruatis & censuris absoluendi, vota etiam commutandi, cū in bullis exprimitur. 34. Quæ & si magna videantur in indulgentijs concessa, dubitandum in illis non est, cum pia & sufficienti existente causa, tantum valeant, quantum sonāt. 35. Potestas nanq; ecclesiastica, diuina cum sit, hæc & pleraq; potest alia, & sicut soluere & remittere, ita ligare potest, censuris & pœnis impositis, excommunicatione, interdicto, cessatione à diuinis, suspensione, & irregularitate. 36. His tamen mæsta, & cum dolore, pia mater Ecclesia vltra ferre non valens, filios corripit; vt si fieri potest, correpti ad cor redeant, & saluentur.

Quibus conceditur indulgentia. *De valore indulg.* *Quomodo potestas spiritualis liget etiam.* *Ad quid liget ecclesia.*

Pænitens. Psal. 31. b.

Delictum meum cognitum tibi feci, dixi confitebor, aduersum me iniusticiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus.

IN CAPVT SEXTVM
De Extrema vnctione.

ANIMADVERSIO.

Proponitur hoc in capite quidditas confirmationis, illius diffinitione aperta satis tradita. Secundo Materia forma & Minister eiusdem sacramēti declaratur.

Ad Infirmum vnctum. Ecclesiastici. 38. a:

In ijs curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis.

TEXTVS.

De extrema vnctione. DEcoretur & miles Christi oportet, vulnerumq; reliquijs sanetur omnino, quod extrema vnctio efficit, quæ ita describitur. 2. Extrema vnctio, est vnctio hominis infirmi pœni-

Extrema vnctio quid.

tentis

tentis, facta in determinatis partibus corporis, cum oleo consecrato ab Episcopo administrata à sacerdote, simul verba certa, cum intentione debita proferente, ex institutione diuina, efficaciter significans curationem finalem venialium, & corporis infirmitatem si expediat. 3. Materia oleum consecratum est. 4. Forma deprecatiua oratio exprimitur in Concilio Florentino. 5. Minister solus sacerdos declaratur. *Materia extreme vnctionis Forma.*

Vnctus Isa. 61. a.

Spiritus Domini super me eo quod vnxerit me.

IN CAPVT SEPTIMVM
De Ordine.

ANIMADVERSIO.

Ordinis sacramenti quatuor tractantur. Primo illius quidditas diffinitione data. Secundo eiusdem ordinis sacramenti in septem integrales partes distributio. (tonsura premissa) distinctione etiam & natura, atq; ministro. Tertio quę ab ordinis nomine, quę ue ab eiusdem susceptione repellantur. Quarto deniq; peculiaris effectus, & finis communis omnium ordinum, seu potius ordinis sacramenti insinuantur.

Ad ordinatum & ministrum Ecclesiæ. Cant. 3. a.

Ferculum fecit sibi Rex Salamon de lignis libani columnas eius argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalem.

TEXTVS.

1 Sed iam militiæ christianę ordinem contemplemus, quem peculiari sacramento ordinis Christus decorauit. 2. Est autem ordo potestas spiritualis ad actum aliquem exequendũ in ecclesiastica hierarchia, 3. Quam prima tonsura velut dispositio præcedit. 4. Quam septem sequuntur ordines peculiares. Ostiariatus, Lectoratus, exorcistatus, accolitatus, subdiaconatus, Diaconatus & præsbyteratus. 5. Quorum pri- *De ordine* *Ordo quid* *De prima tonsura.* *De septem ordinibus.*

mi quatuor, minores dicuntur, & non sacri, Characteres tamen imprimunt, cum sint initerabiles. Tres sequentes, maiores vocantur, & sacri, quod circa consecrandam materiã immediatè sint, characterem imprimant itidem. 6. Quilibet horum, materiam & formam propriam habet, Quas Florentinum concilium exprimit 7. Nichilominus vnum ordinis sacramẽtum efficiunt totale in ordines partiales distinctũ. Quorum omnium minister ex officio Episcopus creditur, ex commissione quandoq; Abbas, minores conferre valet. 8. Præter connumeratos nullus ordo habetur, Nec psalmistatus, nec prima tonsura, nec Episcopatus. 9. Retrahuntur ab hoc sacramento fœmina primò vt incapax; ignorans, inhonestus, imprudens, vt indecentes; & irregularis vt priuatus iure. 10. Irregularitas enim est canonicum impedimentum ex facto, seu deffectu proneniens, ad ordines sacros sucipiendos vel exercendos 11. Effectus huius sacramenti in suscipientibus, est gratiam augere, in circunstantibus est totam ecclesiam fidelium, purgare illuminare atq; ad perfectum ducere; vt quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol terribilis vt castrorum acies bene ordinnta refulgens, omnibus videatur.

De materia & forma singulorum.
Omnes ordines efficiunt. vnũ sacrmentum.
De ministro ordinum.
Præter dictos non est ordo.
In capaces ordinis.
De irregularitate ordines impediente
De effectu ordinis.

Ordinatus Cant. 1. c.

Si ignoras te ò pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

IN CAPVT OCTAVVM
De Matrimonio.

ANIMADVERSIO.

Hoc in capite. Primo natura, principium, finis, & actus bonitas sacramenti matrimonij describitur. Secundo matrimonicrum nominibus propositis, quali consensu efficiantur tam ratum quàm consummatum, & quali soluatur ratum, consummatum vero diuortium patiatur ostenditur. Tertio quid matrimonium prçcedat queuè ad legitimū prçoptetur (clandestino iam reprobato) tractantur Proponuntur. Quarto tria matrimonij bona, quibus bigamus & vxorum pluralitas licita aliquando, etiā & libellū dare repudij cōtrasiātur. Tandē quinto impedimēta matrimonij recitātur.

Ad Matrimonio iunctum Caut. 7. c.

Venter tuus, sicut aceruus tritici vallatus lilijs, Duo vbera tua, sicut duo binnuli gemelli capre.

TEXTVS.

QVum autem in finem vsq; sæculi sit sustentanda hæc mi- *DeMatrimonio.*
1 litia christiana, veteranis militibus iam coronatis (relicta militia) & alijs suppressis aduersariorum astutia, noui & iuniores succedant milites, in defensionem militiæ oportet. Propterea sacramentis præteritis, adiectū est Matrimoniū. 2. Quod *Matrimonium quid.* ita describi solet Matrimonium est viri mulierisq; coniunctio maritalis inter legitimas personas, vitā indissolubilē retinens. 3. Institutum à Deo & ante lapsum, rationem habens mutui *A quo sit matrimonium & ad quid* contractus, in officium tantum, non in remedium, cum caro non concupisceret aduersus spiritum, post hominis ruinam & in officiū generandi prolem, & in remedium legis membrorū est ordinatum ab eodem summo prouisore. In lege noua similiter in officium & remedium est institutum; nō tantum vt cōtractum indissolubile, sed vt sacramentum gratificans, & fœcundans. 4. Vnde colligitur manifestè, illius actū non modo licitum, sed & meritorium semper fuisse in ecclesia. 5. Ratio- *Actus matrimonij licitus* nem habens obedientiæ, generi humano impositæ, nō tñ singulis eiūsdē generis, & ad finem honestū & vtilem ordinatus sit. *Prçceptum matrimonij.* 6. Dicitur matrimoniū quandoq; ratum, quandoq; consummatum, & quocunq; modo perfectū. Ratum dicitur matrimo- *Matrimonium ratum & cōsummatum.*

 nium

De essentia matrimonij. nium præcedens copulam, sequta copula consumatur. 7. Conficitur per mutuũ consensum, externus per verba de præsenti expressum in indiuiduam, perpetuam vitã. Gerunt vicem materiæ, prioris verba prolata; & posterioris coniugũ verba rationem formæ. 8. Hic autem consensus, non coactus sed liber esse debet; nec conditione aliqua, matrimonio contraria circundatus sed omni honestate florere. 9. Sicq; in actum coniugalem, non requiritur expressus consensus; quoniã & si licitus, & finis matrimonij rationem habens, coniugatis honestis est verecundus. 10. Absq; tali nanq; consensu nec condicionato, nec absoluto, Verũ matrimonium inter Virginem Mariam, & iustum Ioseph reperitur. 11. Matrimonio ad huc existente rato, ante copulam, vtriq; ad religionem ingressus conceditur, matrimonio remanente dissoluto spirituali morte. 12. Sequuta vero copula nõ conceditur diuortiũ nisi de cõsensu amborũ, vel altero de adulterio ante iudicẽ cõuicto 13. Præcedunt matrimonium triplex admonitio, & sponsalitia, hoc est promissio viri & fæminæ de matrimonio contrahendo, ante septenniũ nulla, sicut & per religionis ingresũ, ordinis susceptionem, castitatis votum & similia.

Consensus matrimonij liber.
De consensu in actum coniugalem.
De matrimonio inter Mariam & Ioseph.
De matrimonio rato quo modo soluatur.
De diuortio.
De sponsalitijs.

14. His præcedentibus, parrochus aut vicem eius gerens; præsentibus testibus exquirat amborum cõsensum, quo dato perficitur matrimonium. 15. Vnde clandestinè contrahentes, non efficere matrimonium certum est. Parrochus enim & testes, necessario requiruntur ad legitimum matrimonium.

De parrocho & testibus.
De clandestino matrimonio.

16. Cuius bona tria recensentur, bonum fidei mutuæ, bonũ prolis generat.æ, & bonũ sacramẽti gratificantis, & significãtis vnionẽ illã hypostaticã Christi. 17. A cuius significatione cũ deficiat viduam ducens, vel virginem viduus existens bigamus efficitur, quasi alter Lamech bigamiæ autor. 18. Illa enim tria bona matrimonium sanctum reddunt, & actum excusant, quem sine illis dubium reddunt. 19. Nihilominus petente altero est reddendum debitum. 20. Nisi impedimẽtum legitimum adsit, quod non est festiui diei reuerentia, nisi ex decentia, & salubri consilio etiam & orationis causa abstinere, hortatur apostolus. 21. Libellũ dare repudij pluresq; habere vxores nunquam licuit iure alicui, nisi primum Iudæis propter duritiam permissum; & secundum .s. plures deferre

De bonis matrimonij.
De bigamo
De effectu bonorum matrimonij
De reddendo debito
De impedimentis debiti
De libello repudij et vxorum numero

vxores concessum dispensatione cum quibusdam eiusdem populi. 22. Impediunt matrimonium, Error, conditio, votum, cognatio, crimen, cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen honestas si sis affinis, si forte cohire nequibis, hæc socianda vetant connubia iusta retractant, quibus solemnitas in Concilio Tridentino ordinata addenda est. *Impedimenta matrimonij.*

Matrimonio Iunctus Gen, 3 c.

Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes escam, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas.

IN CAPVT NONVM
De Communi Resurrectione.

ANIMADVERSIO.

De communi omnium resurrectione quatuor in presenti tractantur capite. Primum de incertitudine Resurrectionis certò futuræ. Secundum de resurgentium qualitate & etate. Tertium de reuocatione animarum à quinq; illorum locis, ad corpora formata Angelorum ministerio. Quartum de signis Resurrectionem præcedentibus.

Ad mortuos Ezech. 37. b.

A quatuor ventis veni spiritus & in sufflà super interfectos istos & reuiuiscant.

TEXTVS.

1 QVam ornatus ab omnipotente christianus miles extiterit docuimus hactenus; quod vero primū bono, & supplicium detur ingrato homini omni absoluta militia, in generali iudicio contemplemur oportet. 2. Si primo hoc capite resurrectionem iudicium præcedentem tractauerimus. 3. Hæc quidem omnium hominum in sęculi fine in instanti paruoq; in tēpore futura prædicitur, multis pręcedentibus signis. 4. Qua autem die vel hora, non homini non Angelo, sed soli Deo est notum. 5. Resurgemus idem numero ex eisdem cineribus in quos *De prœmio Christiani. De resurrectione. De tempore Resurrectionis. De incertitudine Resurr.*

De declorũ ornatu. De malorum indecentia. De ætate resurget sexu. De reuocatione animarum de locis suis. De animarũ locis. De formatione corporis resurgendi. De signo Antichristi. De alijs signis. De igne & renouatione mundi.

quos fuerat corpus resolutum, & reliquis quæ de veritate humanæ naturę corporis & animæ dicuntur. 6. Cæterum electi corporis omnem perfectionem, integritatem, & pulchritudinem declarabunt. 7. E contra mali qui vel casu, vel ortu deformitatem viuentes erunt sortiti, cum ignominia retinebunt. 8. Omnium tamen ætas vna flores, & iuuenilis, recenta statura propria, & sexu eodem. 9. Similiter & omnium animæ reuocabuntur ad vitam de locis suis in quibus detinentur velur de cœlo beatę animæ, de purgatorio satis patientes animæ, de sinu Abraæ patres, de limbo puerorum paruuli orjginali peccato infecti, & de inferno damnati, quorum locus à grauitatę pœnę absolutè infernus vocatur, licet locus patrum puerorum, & purgantium, inferni etiam nomine appelletur. 10. Corporum formatio ministerio implebitur angelorum resurrectio ad vitam in virtute Dei. 11. Ante omnia tamen Antichristus præcedet abhominatio desolationis corporum & animarum 12. Præcedent & signa varia, quæ in annalibus hæbreornm & reperisse testatur Hierouymus 13. Præcedet deniq; ignis conflagrans & muudum à tanta spurcitia reuocans, viuentia omnia comburens damnatos præsertim, quos & ante & post iudicium inextinguibilis circuet.

Mortuus. Apo. 20. b.

Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima.

IN

IN CAPVT DECIMVM
De Iudicio.

ANIMADVERSIO.

Quæ de iudicio vniuerso in præsenti capite efferuntur sint quatuor. Primũ est locus Iudicij occursus iustorum Christo venienti in humana forma cum maiestate. Secundum librorum & conscientiarum declaratio omnium hominum. Tertium est sententia iudicis in malos, & bonos promulgata. Quartum status puerorum cum originali descedentium. qualis futurus sit iudicio absoluto.

Ad Iudicandum Hier. 29. g.

EGO SVM IVDEX ET TESTIS.

TEXTVS.

REsurrectione corporum facta, cõgregabunt ad tremendũ
iudiciũ in Valle Iosaphat 2. Bonis obuiam occurrentibus
Christo in aere mali in terra illorũ misera, miseriã expectabũt
1 3 Christus potestate iudicãdi accepta, præcedentibus angelis,
astantibus sibi iudicibus totius orbis, sedens super gloriosã nu
bẽ triumphans per aera ad locũ iudicij descẽdet. 4. Eadem for
ma humana gloriosa beatos recreans, & malos terrens, viden
tes in quẽ pepegerunt 5. Præsentia & aduẽtu Iudicis apperi
entur conscientiarum omnium libri, vt alterutrum facta con
templentur 6. Sed bonorum quantumuis mala in gloriã Chri
sti, honorem iusti conuertentur. Malorum vero quantumuis
bona in confusionem, risum & in luctum eorundem cedent 7.
Tunc meritis & demeritis omnium declaratis statuet oues à
dextris, & hædos fœtidos à sinistris in quos sententiam profe-
ret dicens 8. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est
diabolo & angelis eius. 9. Et suos conuersus ad se cum beni-
gnitate vocabit dicens. Venite benedicti patris mei in regnũ
quod vobis paratũ est ab origine mundi 10. Sequẽtur ij domi
num ad generale triumphum properantem, demergentur mi-
seri igne inuoluti confusionis & horroris pleni in æternũ sup-
plicium 11. Peccato originali infectis hic renouatus mundus,
& terra habitabilis concedetur carentes damnatorum pœna,
& beatorum gloria, Ad quam vtinã quoquomodo trahamur,
ne puteus nos absorbeat nec æternum lumen vnquã deficiat.

De Iudiciolo co nu. primo.
De occursu bonorũ Christo.
De Aduentu Christi.
De forma iudicij.
De librorum apertione.
Facta bonorum cedente in gloriam.
De reparatione iudicandorum.
De sententia contra malos
De sententia pro bonis.
De sententia executione.
De pueris in original peccato.

Iudicatus. Psal. 98. a.

Misericordiam & iustitiam cantabo tibi.

IN CAPVT VNDECIMVM
De Damnatorum supplicio, & beatorum gloria.

ANIMADVERSIO.

Fines bonorum & malorum hic declarātur. Primo finis damnatorum refertur duplici miserorum pœna proposita damni vna, & sensus altera, adeò acerbę vt desiderent non esse. Secundo iustorum beatitudo in Deo solo sita ac fruitio eorundem de nullo quàm de Deo habenda lumine gloriæ præcedente, & consequenter dotes animę, & corporis, cum aureolarum numero, natum & præeminentia contemplanda obijciuntur oculis nostris vt ad illa trahamur.

Ad miseros & felices Psal. 49. a.

Deus Deorum loquutus est, Deus manifestè veniet & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, tempestas valida. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

TEXTVS.

De finibus omnium. RESTAT tandem finium naturam describere, vt sua inde quiuis media trahat, à damnatorum miseria incipiemus, vt ad Deum vnde est orsus tractatus, reuertamur, finem dando operi in eiusdem fœlicissima, beataq; consideratione. 2. Damnati itaq; accepta sententia non in anima tantum sicut ante iudicium, nec in corpore tantum, sed in corpore & anima simul plagis afficientur multis. 3. *De pœna damni* Pœna damni æqua, quæ est priuatio visionis Dei omnium acerbissima punientur. 4. Hanc *De pœnis & afflictione animæ.* sequentur in anima. Memoria bonorum, Conscientia delictorum, Metus futurorum perpetuus. Hęc tamen & pleraq; alia in anima damnati, ab illa grauissima pœna sequūtur propter actualia peccata commissa in corpore. 5. *De pœna paruulorum* Paruuli cum solo originali decedentes tantum sola visione Dęi priuabuntur. 6. *De pęnis corporis.* Corpus cruciabitur etiam multis tactus, inextinguibilem ignē experietur corporeum, Auditus, fletibus, clamoribus, & vlulatibus replebitur, odoratus sulphurea olfaciet, gustus potabitur absinthio, visus obscuritate & tenebris delectabitur. Totus deniq; miser horridus, inordinatus & confusus cū be- *de pęna sēsus* stijs infernalibus commorabitur in æternum. 7. Hinc pœnā vocant

vocant sensus Thæologi, quod corpora cruciet, & damnatum (incorruptibilem existentem) diuino imperio sensibiliter torqueat. 8. Ita vt affirment quidam propriæ naturæ a nihilatio nem damnatos apppetere 9. Cessabit exactor, opprimetꝰ potestas Dæmonis, & illorum destruetur ordo, omnes nanque dia boli recludentur sine ordine simul, pœnas sibi inuicem inferendo. 10. Sed quid iusto? Dicite quoniam bené, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. 11. Erit nanq; in æternum beatus in Deo in quo tota consistit fælicitas, obiectiue. 12. Formaliter in operationibus animæ sed potissimum in amore & fruitione, voluntatis actibus immanẽtibus. 13. Frui enim est amore inhærere alicui rei propter seipsam. 14. Ecõ tra vti est alicui adhærere propter aliud. 15. Eoque solo Deo fruendum cæteris vtendum conceditur creaturæ rationali. 16. Quæ in alio, quàm in Deo beatitudinẽ quærens multis tẽ poribus errauit 17. Putãs præsertim naturæ uirib. ad verã fœ licitatem peruenire hominem posse. Donum donorum est Dei quinimo Deus vnus omnipotens. 18. Quem præcedente lumine gloriæ vident & contemplãtur beati vnum & trinum attributis innumeris decoratum idq; de facto. 19. De possibili enim aliter forte sentitur. 20. Hæc tamen visio Dei licet non sit vna æqualis in omnibus vt sit diuersitas mansionum, est nihil ominus summa beato quicquid vult possidenti. 21. Hinc dantur beatę animę dotes tres visio, fruitio, & tentio, quæ licet in beatis omnibus contemplentur, non tamen dotis rationem habent, in Christo, nec Angelis. 22. Hæc autem omnia ad essentialem beatitudinem animæ pertinere dicãtur, quæ vero sequũtur ad accidẽtalem dictam. Est autem accidẽtalis gloria quidã decor à summa animæ beatitudine, in beatũ ipsum; siue in animam, siue in corpus redundans. 23. Vt Quod anima videat in Deo, quę lętitiam quandam causant eidem, vt pote viuentium præces, parentum & suorum vitam sanctam. 24. Quod etiam anima gloria altissimi repleat corpus impassibilitate, agilitate, & claritate & subtilitate dotibus corporis Illustratur etiam beatus propter præclare & heroicum in corpore gestum, martyrium, verginitatem, & doctrinam, A ureola corona accidentali, ab aurea corona essentiali communiter dicta. 26. Quibus Martyres Virgi

De pœna sensus.
Damnati desiderant non esse.
Cessat potestas dęmoniũ
De iustorum premio.
Deus materia beatitudo
Formalis beatitudo in fruitione.
Frui quid vti quid
Solo deo fruendum cæteris vtendum
Error antiquorum.
Beatitudo est domum Dei
Lumẽ gloriæ requiritur in beato.
Possibilia visione in beato.
Visio beatorum in æqualis
De dotibus animæ
De accientali generalia
Accidentaliter videt plura beatus.

nes,& verbi Dei ministri insigniuntur, & distinctis. 27. Inter quas Aureola martyrii occupat principatum 28. Omnes tamen beati dicũtur principes,& reges omnia possidentes omnibus affluentes,& Deo Optimo Maximo continuò ad hærentes. Quibusdam cãtantibus Gloriose magnificatus est, aliis respondentibus, dignus est gloria honore,& diuinitate,& Acclamantibus Angelis Sanctus, concentu vno suauique & incredibili harmonia, cæteri omnes beati respondent Sanctus Sanctus dominus Deus sabaoth plena sunt omnia gloria eius. Quã vtinam largiatur & nobis Amen.

De aureola

Aureola quibus detur.

Aureola martyrum.

De beatorũ communi gaudio.

Respondent omnes Sap. S. C.

Spes impij tanquam lanugo est, tanquam spuma gracilis, tanquam fumus & memoria hospitis. Iusti autem in perpetuum viuent & apud dominum, eorum, cogitatio, regnum, diadema, & armatura.

Hortatio ad omnes.

En enchiridium totius Theologię Sacrę absolutum vndique studiose lector proponimus tibi cuius fructum si cognoscere & consequi optas memorię cõmitte oẽm textũ;& prõptus, facilis, expeditus atq; ad oẽm Thæologicam veritatẽ disertus euades Præsertim si in eisdem cõmẽtaria fueris consequutus, & apprimè penetraueris cũ tamẽ hæc prætercõem professionẽ Thæologiæ& conceptũ animi fari videantur, aduersos habebis plurimos, quos reuinces experientia scientiarũ vnica matre,& Deũ pro tãto tibi collato beneficio concessoq; lumine magnificabis vtique, quod verbũ abbreuiatũ tibi fecerit super terram sua clemẽtia dominus. Qui vtinã,& mihi cælitus Thæsauros suæ diuinæ sapientiæ aperire dignetur, vt si non scriba doctus, saltem verè discipulus tãti magistri & vnici Rabbi videar atq; sim vbiq; tuis & omniũ intercedentibus præcibus Amen

Ex precepto Reuerendis. P. Generalis huiusmodi compendium scolasticę Theologiæ perlegi. inueniq; plurimum doctrinæ, & dexteritatis in docendo habere. Decurrat, ergo lector in offenso pede huius Enchyridion paginas, propterea quòd sanũ, & syncerum sapiat Catholicæ fidei Eruditionem, & sapientiam, Frat. Annibal de Rosellis, prouintię S. Francisci, Ordinis Minorum de obseruantiæ manu propria. Datum Romę in conuentu de Ara Cœli, 2. Iulij Ann. 1581.

ERRATA

Pagina prima, lin. 9. in mensa, lege immensa. lin. 12. diligentes, leg. diri
gentes. pag. 2. linea 13. quinim. 6. quinimo, pag. 3, lin. 4. vsulitati, leg.
vtilitati. lin. 28. quincũ, leg. quintũ pag. 4. lin 2 tradatur, leg. trahatur li.
4. disserritur, le. differitur, lin. 10. secundo, le. secundum lin 18. homniũ
leg. hominũ, & ominiũ leg. omniũ. pag. 7 lin. 1. in argumẽto, homnis,
leg. hominis lin, 8. in præfa. intellestus, leg. intellectus, lin. 18. lamencabi
li, leg. lamẽtabili. pag. 9. lin, 3. in argumẽto declarareet, leg. declarare, li.
7. volũtate, leg. volũtatẽ pag. 11. lin. 4. in arg. c. 2. altamẽte, leg. alta mẽte
lin. 11. re inter; se, le. re. inter se, lin. 19. sine, leg. sint, pag. 12. lin. 4. relatio
nis, leg. relationes, lin. 17. supponuut, leg. supponũt. lin, 22. silio, leg. filio.
pa. 14 lin. 2. in argumẽto, crearũ, leg. creatarũ; pag. 15 lin. 4. in arg. occi-
derit, le. cciderit, lin. 6. fureint, leg. fuerint. pag 17 lin. 4. gratias, le. gra
tia, & diccedisse, leg. decedisse. lin. 6. precipitaretur leg. precipitarẽtur, &
grauissimisi, leg. grauissimis, lin. 8 affliguẽtur, leg. affligentur. li. 14 veri,
leg. victi, lin. 29. dom natione, leg. dominationes, lin. vlt. sõmopere, leg.
summopere, & iuseruire leg inseruire. pag. 18. lin. 1. in arg. obiiciuutur
leg obiiciuntur, lin. 3. quator, leg. quatuor, lin. 1. in textu, spiritũ, leg. spi
ritu. pag. 20. lin. 13. aquarũ, leg. à quarũ. lin. 35 cũpeteni. leg. cõpotẽ. li.
37. homni, leg homini, pag. 21, lin, 2. causati, leg. causat. lin. 2. tex. accipet
leg. accepit. pa. 22, lin. 20 dominascet, leg. dominaslet. pag. 23. lin 10. pas
sione leg. passione, pag 25. lin. 6. sume, leg. summe, & altissim, leg. altissi-
mus. li. 9. natutã, leg. naturã, lin. 11 hippothesis, leg hyposthasis lin. 14
voluntate, leg. voluntate. pag. 28. lin 2. in arg. 1. Chricti, leg. Christi. li. 4.
disserritur, leg. differitur, lin. 2. in tex gratii, leg. gratiis, pag. 29. lin. 4. e-
terna, leg. æterna, lin. 11. conpleret, leg. compleret, lin. 21. interrogentẽ,
leg interrogantẽ, pag. 30. lin. vlt. textus definit, leg. definit. pag. 32. lin 7
diuiare, leg. deuiare. pag. 33. lin 6. resonat, leg. resonet. lin. 7. speculalio-
ne, leg. speculatione. lin. 11: qiibns, leg. quibus. pag. 37 lin. 1. in argumẽ-
to concupissibilis, leg. concupiscibilis. lin. 3. spaciebus, leg speciebus, lin. 8
in textu, conseruarut, leg conseruatur. pa. 38 lin. 32. dilecrationũ, le. de
lectationũ li. 36. dilectationi, leg. delectationi. pa. 39. lin 2. tamquã, le. tã
qj. lin. 17. homnibus, le. hominibus, lin. 20. sequãtur, le. sequitur, lin. 24.
timoridẽ, le. timor, idẽ, lin. 26, itaut, leg. ita vt lin. 30. dictur, leg. dicitur.
pa. 40. lin. 9 in tex. frequẽtacis, le. frequẽtatis, pag 41. lin. 1. in argu. quod
sit, leg. quid sit. pa. 42. lin. 2. Eubolia, le. Eubulia. lin. 7. habicus, leg. habi-
tus, lin. 14 officitur, le. efficitur. lin. 37. imiliter, le. similirer, li. 38. sttexti s

leg.textis,pa 43 lin.4 adhderebit,le.adhęrebit,lin 5.adinuænict,le.adinueniet,li.1.cant.2.aduiro,le.adiuro li.2.intex.ptecauētur le.præcauētur pag.44.lin.7 peccacis leg.peccatis.pag.45.li 2.homnibus,le.hominibus lin 15.consumir,le.cōsumitur,pa.46.lin.2.in textu,durātq;le.durāteq; li.4 maligna.le.magnalia.li.13.m̄ le.in pag.44 lin 12.officiornm le.officiorū,li.15.princip.ū constitutionis,leg principū cōstitutiones,li.22 accōmmoda,le.accomoda li.23.bonum,le.bonū.li 24.virrutū le.virtutum pag.48.lin.15 per leg.pro.pa.49 li.2.n.l g in lin.pen.excul lis,le.exclusis,pag.50.lin.18.diligerere,le.diligere,pa.54.li.14 tex.conceruūt.le.cōcertmunt,pag 55.li.14.scatis,le.sacris,pag.56.lin 3 statui,le.statutis,pa.58.lin.1.in argu.dillerritur,le.differitur,& ad dilecnms,le.ad dilectus,pa.54.li.12.tristia,le.tristitia,lin 25.reupta,le.receptā,& diginor,leg.dignior.li.32.emmendā,leg emendā.pag.60.li.25.spiriľualis,le.spiritualis,pa.62.li.11.tolles.le.tollens,lin.19.accōmodetur,le.accōmodentur,pa 63.li.2 in textu dignor,le.dignior,lin.5.tribneus le.tribuēs,pa.64.li.18.proprotionē,le.proportionē,li.34.legnm.leg.legum pa.65.lin 24.distinctu,le.distiuctus lin 26.benefutoribu le.benefactoribus,& beneneiū leg.beneficium.lin.28,leg.charitac.leg.charitate,line.30.rdine,le,ordine.lin.32.homine,le.homines li.33 pecuniis le.pecunii,le pecuniis li.34 Nona,leg.Nono,pa.66.li.21.amiciā,leg.amicitiam,li,24 in emptionibus,le.in emptionibus,pa.68.lin.10 timore,le.timorē,li.15.sicque,leg sicque,pa.68,li 2.intrepidu,le intrepidus,li.3.a que,le,atq; & discedens,leg.decedens,li.9 Hæc,leg.Hic,li 10.anim.le.animo.pag 71 lin.6 in arg.aiterū,le.alterū,Ita,40,li.1.parmo,le.palmo,pa.74.ps,76 li.2.elargentate,le.deargentate,pa.5.li 5.gradu,le.gradus,pa.76,Ezech 1.lin.2.recte,le.recti,& scientille,le.scintillę.& vbi eius,le.eris.& vbi c.10,leg.cap.9.pag 77,li.5.iidem,legiisdem,li 6,iacri,leg.sacri.li.10.videamu.le.videamur,li.23,Episcodalem.le.Episcopalem pag.78.li.16.inteteriori,leg.interiori,pag.79.lin.9,contulere,le.consulere,pag.80.lin.1 argu.sosolis,le.solis,pag.85,lin 16.exorcisc smus,leg Exorcismus, pa.86.lin.3.in argu.præstac.leg.præstan,pag 90.lin.7.transsubstancio,le.transubitantiatio,pag 91.lin 29.consecrati,leg.consecranti,pag.94.li.4 peccati,le.peccator,lin 22 approbari,leg.approbati,lin.23 mysterium, leg ministerium.pag.96.lin.1.in argumento confirmationis,leg Extremę vnctionis,

